¶ Hec eſt ſeptima ꝑs hujꝰ capli. in q̃ tractat autor de luxuria dicẽs. ꝙ tribꝫ mõis aliq̃s dr̃ luxurioſus Primo ꝯſentiẽdo actui carnali Scdo delectando ꝛ ꝯſentiẽdo ſibi. Tercio faciẽdo actũ Et hec tria fugere debe mus ſi caſte ꝛ immaculate viuere volumꝰ. ꝛ finaliter deo grati eẽ. Oĩs eñ actus carnal' extra matrimoniũ factꝰ eſt pctm̃ mortale. Sex igitˀ ſũt ſpẽs. quaꝝ ꝑma eſt fornicatio. q̃ fit inter duos non vxoratos. Scda eſt ſtuprũ. qd fit cũ virgine nolente. Tercia eſt adulteriũ: ꝛ fit cum muliere vxorata. Quarta eſt inceſtus. ꝛ fit cum cognata vl' moniali. Quinta ẽ

raptus. ꝛ fit qn̄ mulier ꝑ vim rapit̄. Sexta eſt pctm̄ ꝯtra naturā. ꝛ dicitur zodomiticū. ꝛ nō dꝫ noīari ꝑpter eius magnitudinē ꝛ turpitudinem Sequunt̄ finalr̄ iſta mala q̄ ꝑcedūt ex luxuria. nā ꝑmo tollit ſapiētiam acqſitam ꝛ impedit acqrendā. occidit aīam cū corpe. qꝛ eſt mortale peccatū. Itē tollit bonā famā. excecat aīam. ꝛ mirabilr̄ turbat rōem Subuertit ſenſum de bono in malū. ꝯſumit tp̄s ꝛ bona. diſplicet valde deo. multiplicat inimicos. tollit amicos. debilitat vires totius corpis. ſcꝫ vocem ꝛ plerūqꝫ vitā abbreuiat. Silr̄ valde nocꝫ viſui. generat lites ꝛ ſcādala. corda hoīm mollificat. ꝛ tandē oīa bona tollit. ꝛ ꝑncipalr̄ paradyſum. aſſociat virū demonibꝫ mittēs eū in infernū. Ergo caſtitatē teneamus. ꝟba lubrica fugiamꝰ. tactus. ocia. vina. dapes ꝛ loca ad h̄ oportuna etiā fugiamꝰ. iuxta ꝟba Salomonis Ecci. ix. Auerte faciē tuā a muliere corrupta. ꝛ ne circūſpicias ſpēm alienā. ꝑpter ſpēm em̄ mulieris mlt̄i perierūt ¶ Cōſtrue (Fugias luxuriā. fias caſtus ſine crimine) qa (nihil maculatū fit gratū dn̄o: Quiſqꝫ). i. om̄is q̄. ꝛ (om̄is peccat luxuria). i. ꝑ luxuriā (qui cōſentit in actū). i. in factū luxurie (vel cū) q̄s (delectat) ſe (ꝛ ꝯſentit agendo factū) qꝛ (actus carnalis eſt ſꝑ pernicialis) id eſt malus (cōiugibꝫ). i. vxoratis (demptis. q̄bus ꝯſenſus carnis eſt honeſtus). i. licitus (He ſpēs) que ſequūtur (dicunt̄ ſpēs luxurie. ſcilicet fornix). i. fornicatio (fert̄). i. dicit̄ (ꝑprie inter nō nuptos). i. nō vxoratos (Stupꝛ). i. violatio ꝟginum (cauſat̄ cum virgo violat̄ nolens) id eſt nō volēs (Violator ꝯiugis alterius fertur). i. dicitur (adulter) ꝛ (inceſtus) illa ſpēs luxurie (fit cū cognatis vel cū moniali). i. cū religioſa (raptus) illa ſpēs luxurie (fit cū mulier rapit̄ ac oppmitur violenter) id eſt ꝑ vim (Sodomita nephandus). i. nō dicēdus (peccat ꝯtra naturā). i. indebito mō (Effuge luxuriam. nempe) ꝑ qꝛ. qꝛ (tollit ſophiam). i. ſapiētiam (mortificat aīam. ledit famā cum corpe. excecat mentē turbat valde rōem. ſubuertit ſenſum. ꝯſumit tempora ꝛ cēſum). i. pecuniam (offendit deū. fert). i. facit (hoſtes). i. inimicos (tollit amicum. debilitat vires corpis. maculat corpus. vitat bona. peiorat vocem. ꝛ minorat ſepe vitā. adducit lites. ꝛ inducit plurima ſcandala. tollit dona dꝫ et remollit). i. mollificat (corda fortia. Obtenebrat tandē viſuꝫ. tollit) id ēſt remouet (paradyſum) Et (ſubdit). i. ſubijcit ſpᶜ luxurioſum (demonibꝫ. deniqꝫ). i. finaliter (tradit inferno) ſpᶜ luxurioſum. Ergo (ſis ſemꝑ caſtꝰ fugiendo verbula) inhoneſta (tactus) inhoneſtos (cauēs) id ē fugiēs (ocia vina dapes loca q̄ſi labes). i. q̄ſi morbum

De peccato ire

Ira cor aſcendit. ꝛ ꝑtinus ad mala tendit
Cur bene frenetur. rationi ne dominetur
Ira furens animo de verbis exit in actum
Sic triplici numero magnum facit ira reatum
Ira cecatur mens. ſenſus precipitatur
Cor conturbatur. ꝛ corpus damnificatur
Uerum fuſcatur. iuſtus quandoqꝫ grauatur

Pax enaruatur. diſcordia progeneratur
Lingua venenatur. necnō mors anticipatur
Non odias aliquem. ſ; eum potius tibi placa
Quiſquis odit fratrem. cēſetur ob hoc homicida
Multa facit dira. ſi nō compeſcitur ira
Cur quaſi deliram patiētia temperat iram

¶ Hec eſt octaua ps huius capituli: in qua tractat autor de peccato ire dicēs. q ira inflāmat pmo cor hois. et ſubito tendit ad aliquod malum. quare debet refrenari ne pualeat rōi. Ira em cum poccupauerit rōnem viri facit eum quaſi furibundū pferentē verba mala. et dem facta puerſa ſequunt. Multis aūt rōibus ira dr mortale pctm. Primo. qr excecat mentē viri et ruere facit oēs ſenſus ei9. turbat mirabilr cor. et dānum plurimū infert corpori. Offuſcat veritatem: et inde iuſt9 ſepe grauatur. Tollit pacē. et generat diſcordiaz. reddit linguam venenoſam atq maledicentem. et feſtinat ad mortem. Quare nullū debem9 odio habere licet etiam nos habeat odio. qr debemus eum nobis pacificare et reconſiliare ſi poſſum9. Ille em qui odit fratrem ſuū homicida eſt. Et vt dicitur Johis. iij. Qui nō diligit me manet in morte. Item ex ira multa pueniunt mala valde crudelia. iō merito eſt refrenāda. et p patientiaz tēperanda. cum ira multiplr ſit deuiās et deficiēs a via ſalutis. vt Jacobi pmo dr. Ira em viri iuſticiā dei nō operatur Conſtrue (Ira). i. illud pctm (accēdit). i. inflāmat (cor: et tendit ptinus). i. procedit ſtatim (ad mala) dicēda et faciēda (cur). i. quare (ira freneť). i. refreneť (bene). i. pfecte (ne dominetur rōi) Et (ira furēs aīmo). i. furere faciēs (exit) id ē pcedit (de pbis in actū. Sic ira facit magnū reatū triplici numero) id ē trib9 mōis. nā (mens cecatur ira). i. p iram (ſenſus pcipitatur. cor ɔturbatur. et corpus dānificať). i. debilitať (verū). i. veritas (fuſcatur) id ē offuſcatur (iuſtus qn̄ grauať. pax eneruatur. diſcordia pgeneratur. lingua venenať). i. obiurgioſa efficiť (necnō) id eſt etiā (mors anticipať) id eſt citius pcuratur. Quare (nō odias aliquē) hoiem (ſed placa potius eum tibi) quia (quiſquis odit fratrē) ſuū (cenſeť homicida ob hoc) id eſt pter hoc. Et (ſi ira nō ɔpeſcitur). i. refrenatur (facit dira). i. crudelia (Cur). i. qre (patiētia tēperet deliram irā). i. amētem iram

De inuidia et malis que procedunt ex ea

Inuidiam fugito. bona fratris amare velito
Nam liuor ſiccum corpus facit et cor iniquum
Inuidus eſt triſtis aliorum cum bona cernit
Gaudet de damnis. bona nō noceant ſibi quis
Emulus impugnat verum. de fratre ſuſurrat
Detrahit. accuſat. alios iuuare recuſat
Propter liuorem fraternum frangit amorem
Lumine cecatur. de re munda maculatur

Languet marceſcit homo inuidus atqꝫ ſeneſcit
Corpore marceſcit cernēs ꝙ res mea creſcit
Effuge liuorem ꝑamando fratris honorem
Qui bona fratris amat ſemet virtutibꝫ ornat

¶ Hec eſt nona ꝑs huius capl'i. in q̄ tractat autor de inuidia dicens. Fugiamꝰ inuidiā ⁊ diligamꝰ fratrē cū bonis eius. qm̄ inuidia exſiccat corpꝰ inuidi. ⁊ deprauat cor illius. Inuidus em̄ triſtaꝛ de bono alteriꝰ. q̄uis ſibi nō noceāt. ⁊ gaudet de malis. ⁊ ſꝑ ꝯtradicit vnitati. murmurat ꝯtra fratrē. diminuit famā illius. accuſat ⁊ nūqꝫ iuuat ꝓximū. quia nō habet charitatē fraternā: Item cecus eſt in vero lumine. ſordidus ē in rebus inmūdi. lāguidus ⁊ aridus fit. ideo ſtatim efficiꝛ ſiue apparet ſenex. Cū em̄ viderit alioꝝ res ꝓſperas eſſe. tūc macer efficiꝛ pre dolore. ideo fugiamus inuidiā. ⁊ amemus honorē ſeu bonum ꝓximi. nā quicūqꝫ hoc fecerit ornabit ſe virtutibꝫ multis Conſtrue (Fugito inuidiā ⁊ velito amare bona fratris). i. ꝓximi (nā liuor). i. odiū (facit corpus ſiccū. ⁊ facit cor iniquū). i. prauū (Inuidus eſt triſtis cū cernit bona alioꝝ) ⁊ (gaudet de damnis. q̄uis bona ſibi nō noceāt. Emulus). i. inuidus (impugnat vel ſuſurrat). i. murmurat (de fratre) ⁊ (detrahit). i. famā diminuit. ⁊ (accuſat) ſc ꝓximū. ⁊ (recuſat iuuare alios) ⁊ (frāgit amorē fraternū ꝓpter liuorē). i. ꝓpter inuidiā. ⁊ inuidus (cecaꝛ). i. ꝑuaꝛ (lumine) id eſt diſcretione. ⁊ (maculaꝛ de re munda). i. de bono alteriꝰ ſcandaliſaꝛ. ⁊ (hō inuidus languet) ⁊ (marceſcit). i. macer efficiꝛ (atqꝫ ſeneſcit) qꝛ inuidus (cernēs ꝙ res mea creſcit marceſcit corꝑe). Ergo (effuge liuorē). i. inuidiā (ꝑamando). i. ꝑfecte amādo (honorē fratris) id eſt ꝓximi. qꝛ ille (qui amat bona fratris) ſui (ornat ſemet). i. ſeipſum (multis virtutibꝫ). i. multis operibꝫ virtuoſis

De auaricia ⁊ eius ſpeciebus

Ut ſis preclarus. non ſis cupidus nec auarus
Vix vlli carus cupidus. cunctis fit auarus
Qui capit aut retinet iniuſte res alienas
Aut peramans gazas domini preponit amori
Qui ſatis eſt diues cupit. ⁊ nunqꝫ ſaciatur
Et qui pauperibus donare ſuperflua non vult
Omnes prefati merito cenſentur auari
Furtum. rapinam. fenus. ⁊ fraudem. ſymoniam
Cauſat auaricia: ludum. ꝑiuria. bella
Omnes thezauri nunqꝫ ſatiant cor auari
Quanto plus creſcit cenſus. plus inde fameſcit
Et plus ardeſcit ambitio quando ſeneſcit
Gazas querēdo labor eſt. timor eſt retinēdo
Nunqꝫ ſtat clarus nec tutus diues auarus

Raptorem plenum furem fore credit egenum
Semper egenus eris. ſi ſemper pl⁹ tibi queris
Cum content⁹ eris. diues tunc efficieris
Gazas lucrando non ſis cupidus nec amando
Nec male ſeruando. ſed ſis largus bene dando.

¶ Hec eſt decima huius capituli ps. in qua tractat autoꝛ de auaricia et eius ſpēbus. ꝛ pmo oſtēdit quot modis aliquis dicaꝛ auarus dicens. Nō ſis auarus nimiū retinēdo ꝓpꝛia: nec cupidus deſiderando aliena. ſi vis haberi clarus ꝟtutibꝫ. Cupidus eñ a nemine diligitur. aut ſaltem ā paucis. ꝛ hoc raro. multis aūt auarus eſt odibilis Item auarus eſt q̄ nimiū amat diuitias. ꝑponendo eas amoꝛi diuino. Item quia plura bona habet. ꝛ nihilominus vlterioꝛa deſiderat. Silr̄ ille diciꝛ auarus q̄ nō tribuit libēter paupibus elemoſynā ſi poteſt ꝛ ſi habet ſupflua. Auariciā vero ſequūtur mala hic enumerata. videlicet furtū. rapina. fraus. ſymonia. vſura. ludus. ꝑiurium. ꝛ bellum. Et quod peius eſt auar⁹ nunq̄ꝫ repletur nec ſatiatur. ſꝫ quāto plus lucratur tanto plus cupit habere. Et cū tendit ad ſeniū plus ardet in habendo. ꝛ inde illi multa mala cōueniūt. ſcꝫ laboꝛ in acquirēdo. ꝛ timoꝛ in retinēdo ꝛ ꝯſeruādo. ꝛ nūq̄ꝫ letus vel tutus eſt. Item credit raptoꝛem furē ꝛ paupem plenos eē diuitijs. Et ſic ſemp paup eſt volūtate ſpiritu ꝛ mēte qui nūq̄ꝫ ſatiaꝛ. Sed ille dicitur diues qui contētus eſt rebus ſuis. Ne igiꝛ ſimus cupidi ſeu auari volētes nimiū lucrari. vel nimium amādo bona lucrata. ꝛ ea cupide ꝯſeruando. Sed ſimus largi dando vbi opoꝛtet. q̄ntum opoꝛtet. et quando opoꝛtet Cōſtrue (Nō ſis cupidus) in appetendo bona. (nec ſis auarus) in retinēdo ea (vt ſis ꝑclarus). i. virtuoſus (Cupid⁹ fit vix). i. raro (charus). i. dilectus (vlli). i. alicui. ꝛ ſpᶜ ille (fit auar⁹ cūctis. qui capit aut retinet iniuſte res alienas. aut ꝑamās). i. valde amās (gazas). i. diuitias (q̄ ꝑponit eas amoꝛi domini). i. dei. ſpᶜ ille (qui ē ſatis diues. ꝛ cupit). i. deſiderat (nunq̄ꝫ ſatiatur). i. nunq̄ꝫ ſatis habet. ſpᶜ et ille (qui nō vult donare ſupflua paupibus. omnes pꝛefati cenſentur) id eſt dicuntur (merito auari) ꝛ (auaricia cauſat furtum rapinam ꝛ fenus). i. vſuram (fraudem ſymoniā) etiā (cauſat ludum ꝑiuria bella). i. ſeditiones (omnes theſauri nunq̄ꝫ ſatiant coꝛ auari) quia auar⁹ (fame ſcit inde plus). i. magis (quādo cēſus). i. pecunia (creſcit plus. Et ambitio) id eſt cupiditas habendi (plus ardeſcit quādo ſeneſcit). i. ad ſenium vſq̄ꝫ ꝑducitur. Et (laboꝛ eſt querendo). i. in acquirēdo (gazas). i. pecunias. ꝛ (timoꝛ). i. anxietas (eſt retinendo). i. ꝯſeruando eas. Et (diues auarus). i. diues q̄ de ſuis nō ſatiatur (nunq̄ꝫ) ꝑ nō ꝛ vnq̄ꝫ. ꝛ (nō ſtat) vnq̄ꝫ (clarus. nec) ꝑ ꝛ non. ꝛ non (ſtat tutus nec ſecurus. Auarus credit raptoꝛem foꝛe) id eſt eſſe (plenū) bonis. ꝛ (furem eſſe egenum: Eris ſemp egenus) id eſt pauper indigens (ſi queris ſemp plus tibi. efficieris tunc diues cum eris contentus non ſis cupidus lucrando gazas nec) pꝛo ꝛ nō. ꝛ non (amando) eas (nec ſeruando male. ſed ſis largus dando bene) eas.

De peccato cōtra ſpiritū ſanctum.

Qui peccat nimium preſumens de pietate
Uel qui deſperat de diuina bonitate
Aut induratus non ceſſat ab impietate:
Et qui fratris odit virtutes improbitate
Impugnans verum cert⁹ ſine commoditate
Qui non ſine piget de culparum grauitate
Contra pneuma ſacrum peccat ſpreta deitate
Que prime quinqꝫ culpe vix ſunt releuate
Sexta caret venia: quia corruit immediate.

¶ Hec eſt vndecima ps huius capli. in qua autor tractat de pctō in ſpm̄ſcm̄. aſſignās quinqꝫ modos qb⁹ ꝯmittit. dicēs pmo ꝙ ille q̄ nimiuꝫ pſumit de pietate ſeu miſericordia dei. ⁊ ꝓpterea ſub ſpe venie facilit' obtinēde facit multa peccata. ille peccat in ſpiritūſanctū. Item qui deſperat de venia. credens deum nolle aut nō poſſe eidē parcere. Similit' obſtinatus qui nō vult ceſſare a pctō. nec terretur flagellis. nec allicitur pmijs. ſed ſemp velut obduratus pſeuerat. Pariter qui inuidet bonitati ⁊ charitati fraterne. quia vellet om̄es eſſe pctōres ſicut ipſe eſt. ⁊ ideo triſtat' de ꝟtute alioꝝ. Et qui impugnat veritatē ab eo cognitā maxime in bono. licet nō habeat inde vtilitatē. ſꝫ h̄ facit ex certa malicia Et qui final'r moritur impenitēs. i. ſine ꝯtritione ꝯfeſſione ⁊ ſatiſfactōe. talis em̄ ſpernit deum ⁊ nō vult credere. ideo peccat ꝯtra ſpm̄ſcm̄. i. cōtra bonitatem clemētiā ⁊ miſcdiam dei. Quare illa peccata tanq̄ grauiſſima atqꝫ immēſa reputantur. idcirco plerūqꝫ irremiſſibilia dicūt'. qd debet intelligi q̄ntum ad facilitatē venie ſatiſfactōis ⁊ pn̄e. q⁊ talis culpa nō meret' veniam de facili ⁊ ad eā delēdum req̄rit' maior pn̄a q̄ȝ in alijs pctis. Q' aūt peccatū d⁊ irremiſſibile debet intelligi rōne facilitatis venie nō impetrādē. qm̄ om̄e pctm̄ preter vltimum harū ſex ſpecierū eſt remiſſibile. qm̄ de nullo deſperandum eſt q̄ȝdiu viuit in mortali corpe: vt dicitur in canone. Nemo deſperādum eſt. de pe. di. vii. Sexta vero ⁊ vltima ſpēs horum pctōrum in ſpm̄ſcm̄ merito dicit' irremiſſibilis. q⁊ peccator moritur impenitēs: ⁊ hoc mō intelligitur verbum euāgelij Luce xij. Qui peccauerit in patrem remittetur ei. ⁊c. Qui vero blaſphemauerit in ſpm̄ſanctū nō habebit remiſſionem in eternum. Ad idē Bartholus in li. qui ea mente. ff. de furtis. De quo d⁊ ꝓuerbioꝝ. xxij. Qui ſeminat iniquitatem metet mala. ⁊ virga ire ſue ꝯſummabit' pietate. Ultima igit' deſperatio q̄ eſt nūq̄ȝ dolere de pctō veraciter eſt irremiſſibilis. qm̄ illi deeſt ſtat⁹ remiſſionis. q̄ eſt pn̄s vita. nā in futura vita nulla remittit' culpa ¶ Conſtrue. ſpͤ ille (qui peccat pſumēs). i. ꝯfidens (nimiū de diuina bonitate) ⁊ ille (qui deſperat de diuina bonitate. aut) ꝑ vel (induratus) id eſt obſtinat⁹ (nō ceſſat ab impietate). i. a pctō impio (et) ſpͤ ille (qui odit virtutes fratris improbitate). i. malicia ſua. et ſpͤ homo (certus impugnans) id eſt reprobans (verum ſine commoditate). i. vtilitate. ⁊ ille (qui non piget). i. dolet (de grauitate culparum peccat contra pneuma). i. ſpiritumſanctum (deitate ſpreta. que culpe

pctm̄ ꝯ ſpm̄ ſanctū

pꝛime quinqꝫ ſtꝫ celenate).i.indulte(vix).i.difficulter a deo(ſexta cul/
pa caret venia.qꝛ coꝛruit).i.deficit(immediate)

De peccato lingue ⁊ mō refrenandi eam

Stringe linguam:ne mētem tibi reddat iniquam
Lingua cito ledit.⁊ leſio raro recedit
Qui mala non loquitur magna virtute potitur
Linguam frenare plus eſt q̄ caſtra domare
Non ſis verboſus iactatoꝛ litigioſus
Nunq̄ ſis cēſoꝛ temerarius aut rephenſoꝛ.
Non ſis defenſoꝛ peccati ſiue recēſoꝛ
Non ſis detractoꝛ.nec rumoꝛum nouus autoꝛ
Blandus adulatoꝛ nō ſis nec conuiciatoꝛ
Nec diſcoꝛdatoꝛ fratrum:nec impꝛoperatoꝛ
Nec blaſphematoꝛ irriſoꝛ ſiue minatoꝛ
Nec accuſabis falſum.nec murmur amabis
Non diffamabis alios.nec vitupabis
Si diffamari non vis vł vituperari
Non ſis ſcurrilis rebellis ſiue bilinguis
Noli iurare ni ſit res debita quare
Debꝫ ⁊ hoc eē verum licitumqꝫ neceſſe
Nunq̄ pꝛomittas niſi pꝛomiſſum dare credas
Non alijs dicas ſecretum nec male dicas
Nunq̄ ſis mēdax nec vane loquēs neqꝫ fallax
Ergo ſic frena linguam rationis habena
Ne te confundat.ſi ṽba ſupflua fundat

¶ Hec eſt duodecima ps hui⁹ capituli.in qua detminat autoꝛ de peccato lingue.⁊ qūo poſſumus refrenare linguā docet dicēs. Reſtringenda eſt lingua noſtra ne faciat aīam nrām peccatricē. Per eā em̄ cito pꝛofert verbū iniquū quo ṽtus tollitur. Quare iſte (qui nō loquit male de ꝓximo ſuo) ē virtuoſus. ꝓuerbioꝝ.xvij. Qui moderat ſermones ſuos doct⁹ ⁊ pꝛudēs eſt.⁊ p̄cioſi ſpūs vir eruditus eſt. Maius em̄ eſt apud deū linguā tenere ne loquat malū.q̄ ſubiugare inimicos. Igit abūdare verbis nō debem⁹.nec nosipos laudare.vel litigioſas rixas ſuſcitare. Om̄ dꝛ ꝓuerbioꝝ.xxiiij. Abominatio dei homo detractoꝛ. Itē iudicare ſtulte ſup alioꝝ ꝯſciētia ⁊ alios rephendere vitupabile eſt: Silr ꝓpꝛium pctm̄ defendere:aliena pctā recitare.fame derogare.noua ṽba in facto alterius inuenire.ſuauia ⁊ adulatoꝛia ṽba ꝓferre.iniuriā verbalem ſeu ꝯuiciū alteri dicere. Caueam⁹ igit ſeminare fratrū diſcoꝛdiā.ipꝛoperare alicui pctm̄.vł eū blaſphemare.irridere ⁊ minas inferre. Accuſare aliū falſe.⁊ murmur amare.diffamare vel vituperare ſcurriles aut

vaniloquos eſſe leccatores ꝛ verb rebelles duplices ſeu bilingues. Qm̄ ſcribit̄ ꝓuerbioꝝ.xxv. Teſtis mēdax ꝑibit. Itē iurare nō debemus. niſi tribꝫ rebus interueniētibꝫ.ſ.veritate. neceſſitate ꝛ vtilitate. de qbꝫ in capitulo. Et ſi xp̄s in antiqs. Inſup nihil ꝓmittere debem⁹ pter id quod poſſum⁹ dare. nulli debem⁹ ſecretū noſtꝝ reuelare vł alteri male dicere. nunq̄ mētiri debem⁹ aut aliū fallere. nec vaniloq̄.ſed refrenare linguaȝ. ne mala v̄ba ꝓferat. qꝛ dꝛ ꝓuerbioꝝ.xxi. Qui cuſtodit os ſuū ꝛ linguā ſuā.i.cuſtodit ab anguſtijs aīam ſuā. ¶ Cōſtrue (Stringe).i.refrenas (linguā tuā: ne (ꝓ vt ꝛ nō. vt nō (reddat mentē).i.aīam (iniquaȝ) id eſt malā (lingua ledit cito: ꝛ leſio eius raro recedit) ille (q̄ non loquit̄ male potit̄).i.vtit̄ (magna virtute Frenare linguaȝ eſt plus).i. magis (q̄ꝫ domare).i.ſubiugare (caſta. nō ſis verboſus).i.plen⁹ verbis (non ſis iactatoꝛ).i.laudatoꝛ fame tue (nō ſis litigioſus).i. plen⁹ litibꝫ (non ſis cēſoꝛ).i.iudex (temerari⁹ (.i.ſtultus (que) ꝓ vel. vł (rep̄henſoꝛ. non ſis defēſoꝛ peccati. ſiue) ꝓ vł (vł recēſoꝛ).i.recitatoꝛ (nō ſis detractoꝛ) id ē diuinatoꝛ (laudis alteri⁹. nec ſis auctoꝛ nouus rumoꝝ).i. verboꝝ̄ incertoꝝ (nō ſis blād⁹).i.leuis ꝛ ſuauis verb (nō ſis adulatoꝛ. nec ſis ꝯuiciatoꝛ).i.iniuriatoꝛ (nec) ꝓ ꝛ. ꝛ nō (ſis diſcoꝛdatoꝛ fratꝝ nec improperatoꝛ).i.deriſoꝛ (nec) ſis (blaſphematoꝛ fratruȝ nec irriſoꝛ) ſeu (deriſoꝛ ſiue minatoꝛ. nō accuſab falſum. nec) ꝓ ꝛ et nō. et nō (amabis murmur. nō diffamabis alios. nec vitupabis. ſi nō vis diffamari vel vituperari. Nō ſis ſcurrilis).i.vaniloqu⁹ (nec) ſis (rebellis) ſermonibꝫ tuis nec ſis (bilinguis).i.duplex in verb. Noli iurare niſi ſit res debita. quare) debeas h̄ facere (Et hoc) qđ iuras ſupple (dꝫ eſſe veꝝ (q̄ꝫ) ꝓ et (licitum) ꝛ (neceſſe) Nō ꝓmittas vnq̄ꝫ niſi credas dare ꝓmiſſuȝ. Non dicas alijs ſecretū tuū nec dicas male. nō ſis vnq̄ꝫ mēdax. nec vaniloqu⁹ neq̄ꝫ (ꝓ ꝛ nō. ꝛ nō (ſis fallax).i.deceptoꝛ (Ergo frena).i.refrena (ſic linguam tuā habena).i.freno ratōnis (ne) ꝓ vt ꝛ nō: vt nō (cōfundat te ſi fundat).i.ſi emittat verba ſupflua. Cōtra eīm viciū hmōi ſcribit̄ pſal. cxxxix. Uir linguoſus non dirigetur in terra.

De peccato veniali ꝛ modis quibus habet fieri. ꝛ que ſint venialia ꝛ que non.

Dicitur a venia veniale cito ſibi danda
Multis nāq̄ꝫ modis dominus veniale remittit
Si tibi moꝛtale non eſt dicas veniale
Infra contenta deuote facta recepta
Confiteoꝛ.tondo.reſpergoꝛ.conteroꝛ.oꝛo
Ungoꝛ.ieiuno.patioꝛ.conuertoꝛ.remitto
Signoꝛ.edo.dono.mala ſic venialia pono
Quāuis expediat hominē veniale fateri
Ut tamen hoc faciat non dico quenq̄ꝫ teneri
Ni quando dubitat illud graue foꝛſan haberi
Uel ſi non habeat grauius decet iſta referri

Ut ius perficiat mandans quecunqꝫ fateri

¶ Hec eſt.xiiij.huius capl'i pars.in qua determinat autor de pctō veni-
ali.oñdens pͥmo quare dr̄ peccatū veniale.Poſtremo vero oñdit an de-
beat quis ꝯfiteri de peccato veniali.Dicit igit̄ ſic.ꝙ peccatū appellet̄ ve-
niale a venia ſeu indulgētia quā de facili meret̄. qr exiſtens in pctō ve-
niali tm̄ non eſt ſeꝑatus a gratia dei.quare ſtatim remittit̄ facilit̄.Qui-
bus aūt modis remittatur.notatur.xxv.di.paragro criminis. Et ple-
nius ꝑ Johānem andree in ſalutatione libro.vi.in glo.ij. Modi autē
remittendi veniale enumerant̄ in textu.quoꝝ prior eſt per confeſſionem
generalem in principio miſſe factā vel alibi corā ſacerdote. Secundus
modus remittendi veniale eſt per ꝑcuſſionem pectoris ſui ratione con-
tritōis.Tercius eſt ꝑ aſperſionē aque bn̄dicte. Quartus eſt ꝑ cōtriti-
onē doloroſam.Quintus ꝑ orationē dn̄cam ſcꝫ pater nr̄ deuote ⁊ hu-
militer factā.Item ꝑ ieiuniū.ꝑ extremā vnctionē.ꝑ patientiā in tribu-
lationibꝫ.ꝑ ſignū crucis.Item remittendo iniurias.docēdo indoctos.
et breuiter implendo oꝑa miſcdie tam ſpiritualia ꝗ̄ corporalia ⁊ ꝑ alia
ſacramēta.De hac materia vide in capitulo criminis.⁊ capitulo qua-
lis.xxv.di.de.pe.di.i.capl'o.Si peccatū.⁊.c.ſerpens. plures alios mo-
dos vide in prohemio ſexti in glo.Et ponit dn̄s. Hoſtienſis in capl'o
Omnis de penitentijs ⁊ remiſſionibꝫ.Scd̄o docet autor qn̄ quis debe-
at de veniali cōfiteri dicens.ꝙ primo ſi dubitet de aliquo peccato ſcilicꝫ
an ſit veniale vel mortale.Scd̄o vt ſatiſfaciat iuri dicenti quēlibet xpia-
num cum ad annos diſcretionis ꝑuenerit omnia peccata ſua debere cō-
fiteri ꝓprio ſacerdoti.preſertim ſemel in anno.vt patet in capitulo p̄di-
cto Omnis.de penitentijs ⁊ remiſſionibꝫ. Aduertendū tamē eſt ꝙ do-
ctores ſacre theologie ⁊ etiā iuris canonici aſſignant hanc differentiam
inter mortale ⁊ veniale.qr mortale opponit̄ charitati diuine. veniale ve-
ro feruori charitatis opponit̄ tm̄.Que vero ſunt venialia vide ſupra in
iij.capl'o.in pͥma ꝑte.vide etiā.xxv.di.in.c.qualis.vbi cōcludit̄ ꝙ ꝓ ſo-
lis venialibꝫ nō dānabit̄ aliqͥs.ſed purgabit̄ in igne purgatorij ſi nō pur-
gauerit ſe an̄ mortē ¶ Construc.ſupple pctm̄ (veniale dr̄) id eſt appella-
tur ſic (a venia).i.indulgentia ſeu remiſſione (danda cito) sᶜ peccanti.
(naꝫ) ꝓ qr (dn̄s remittit multis modis) ſcꝫ pctm̄ veniale (dicas facta
ꝯtenta infra recepta deuote) sᶜ delere (veniale) ſcꝫ pctm̄) ſi tibi nō eſt
mortale) pͥmo ſcꝫ (Cōfiteor).i.ꝑ ꝯfeſſionē generalē (tundo).i.ꝑ ꝑcuſſi-
onē deuotā pectoris (reſꝑgor).i.ꝑ aſꝑſionē aq̄ bn̄dicte (ꝯteror) ꝑ verā
ꝯtritionē de oībꝫ pctis (oro) ꝑ orōem dn̄cā (vngor) ꝑ vltimā vnctōem
(ieiuno) ꝑ ieiuniū (patior) ꝑ pn̄iam libere factā (cōuerſor) ꝑ cōuerſiōeꝫ
de ſtatu peccati ad ſtatū virtutis (remitto) ꝑ remiſſionem illate iniurie
(ſignor) ꝑ bn̄dictōeꝫ ep̄alē ſeu ꝑ ſignū crucis (edo) ꝑ euchariſtie ſump-
tionē (dono) ꝑ elēoſynā.sᶜ (ego pono).i.depono (ſic).i.h̄ mō (veialia
pctā (ꝗ̄uis).i.licꝫ (expediat).i.ꝯueniēs ſit (hoīeꝫ fateri).i.ꝯfiteri (veia-
le) pctm̄ (tn̄ nō dico ꝗ̄ncūꝗ̄ hoīeꝫ teneri).i.obligari vt h̄ faciat (vt).i.
niſi (qn̄ dubitat illd̄) sᶜ veiale (hēri forſan ꝑue).i.mortl'e (vl' decꝫ iſta)
ſcꝫ veialia (referri).i.ꝯfiteri (ſi qͥs nō hēat ꝑuiꝰ).i.mortl'e (vt ius mā-
dās).i.ꝑcipiēs (ꝗ̄cūꝗ̄) sᶜ pctā (fateri).i.ꝯfiteri (ꝑficiat).i. adimpleat

De ſententia excōmunicationis.

Tanq̄ peccata ſemꝑ caueas anathema
Nam grauis eſt pena.q̄uis ſit pro medicina
Hec patitur damna.qui maius fert anathema
Hic non eligitur:non eligit.ꝛ prohibetur
Eccleſie porta.cōmunio.ꝛ ſacramenta
Traditus eſt ſathane.ꝑcibus caret eccleſieq̄ꝫ
Ac ſibi legitimus ꝓhibetur quilibet actus
Nunq̄ꝫ participes his quos anathema coercet
Qualicūq̄ꝫ modo.niſi caſu iure remiſſo
Nam ſecus eſt iure reſtrictus claue minore
Que ſolum repellit a ſacris percipiendis
Caſus excepti.ſuꝑ hoc ſunt iure reperti
Coniunx ꝛ nati famuli qui debita querunt
Ignorans ſuper his.ꝛ dicens vtile verbum
Et qui vitare nequit hos vrgente neceſſe
Participant iure ſtrictis anathemate tute
Sunt interdicta ſuſpenſio nempe cauenda
Quāuis ſint ꝑene leuiores ſunt metuende

¶ Hec eſt.xiiij.pars huius capituli.in qua tractat autor de ſenten tia excōmunicatōis.ꝛ de malis que ad eam ſequūtur.Item dicit de ca ſibus in quibꝫ pōt participare cū excōmunicatis dicens.ꝙ excōmuni catio cauenda ꝛ fugienda eſt tanq̄ pctm̄.cuꝫ etiam nō inferatꝰ niſi ꝓpter peccatū mortale.que tn̄ cenſetꝰ medicinalis.qꝛ ſanat cōtumacē ꝛ rebellē ꝛ facit eum obediētem. vt habetꝰ in.c.medicinalis.de ſen.ex.in vi. Eſt etiam grauior pena quā poſſit eccleſia infligere:qm̄ cōparatꝰ morti ciui li.vt notat Innocentius in.c.cum cōtingat.de offi.dele. Item excōica tus ab actu legitimo ꝓhibetur.vt in.c.decreuimꝰ.de ſen.ex.li.vi. Ideo non eligit nec eligitur ad dignitatē. Eſt em̄ extra eccleſiam ꝛ non hꝫ ſa cramentoꝝ cōmunionē.ſed eſt in poteſtate dyaboli. ꝛ eccl'ie orationes non participat.imo caret ꝑticipatione fideliū.cū nullus debeat ſibi ꝑti cipare:niſi in caſibꝫ in iure expreſſis.vt ptꝫ in.c.cū volūtate.ꝛ in.c. cuꝫ il loꝝ:de ſen.excom.in antiquis.Caſus autē ſunt iſti.ſcꝫ rōne cōiugij vx or ꝑticipat.ratione vite ꝛ doctrine filij ꝛ filie.ratōne obſequij famuli.et vtilia docēs pro ſalute ꝛ liberatione a vinculo excōicationis. Et qui co gitur occaſione neceſſitatis cōuerſari cum excōmunicatis.ſicut in naui ꝛ in mari.Itē qui ignorat aliquē excōmunicatū excuſatur. Ultra autē hanc excōicationis penā ſunt alie due que cōueniunt cum excōicatione et ei in aliquibꝫ parificantꝰ.ſcꝫ ſententia interdicti. ꝛ ſententia ſuſpēſiōis Procedūt em̄ oēs a poteſtate clauiū.ſꝫ drn̄ter:qꝛ ſnīa excōicatōis nun

ꝙ fertur in locū ⁊ vniuerſitatē. ſed bñ interdictuꝫ. vt in. c. ſi ciuitas de ſen. ex. li. vi. Nota q̇d eſt excōicatio ſm ius canonicū. in. c. nihil. xi. q. iij. Eſt extra cōionē eccl'ie ſepatio. vel eſt cenſura eccleſiaſtica excludēs a cōmunione fideliū. Alibi dr ꝙ eſt eterne mortis dānatio. Item que ſtꝫ eius ſpecies vide in. c. engeltrudam. i. q. iiij. gloſa optima eſt ꝑ his in. c. penultimo. de ſentētia excōicationis. ⁊c ¶ Cōſtrue (caueas ſemper anathema). i. excōicatōem (tanq̄) pro ſicꝫ (pctā: nā) pro qꝛ (pena) ſupple. eius (eſt grauis: q̄uis) ipa excōicatio (ſit ꝑ medicina) ſupple ille q̄ ſcit). i. ſuſtinet (anathema) id eſt excōicationē (patiť hec damna) ſcꝫ q̄ ſequunť (hic nō eligiť ad dignitatē ſeu actū legitimū exercendū. nec) ꝑ et nō (eligiť). i. admittiť ad eligendū (⁊ porta eccl'ie ꝓhibeť) ſibi (⁊ cōmunio ſeu ꝑceptio ſacramētoꝝ) ꝓhibeť excōicato. s^e excōicatus (Eſt traditus ſathane (ꝙ) pro ⁊ (caret ꝑcibꝫ eccl'ie: Ac) ꝑ ⁊ (q̇libet actus legitimus ꝓhibetur (ſcꝫ excōicato (nunq̄) ꝑ nō ⁊ vnq̄. non (ꝑticipes) vnq̄ (his) ſcꝫ hoībus (q̊s anathema coercet). i. ꝯſtringit (q̄licunq̄ modo) ſcꝫ ſic excōicatꝰ (niſi caſu). i. in caſu (iure remiſſo). i. permiſſo (nā pro qꝛ (eſt ſecus). i. aliter. ſupple q̇ eſt (reſtrictꝰ). i. ligatus (claue minore). i. excōmunicatōe minore (que) ſupple minor excōmunicatio (repellit). i. retrahit (ſolū a ſacris). i. ſacramētis (ꝑcipiendis). i. accipiēdis (caſus excepti iure). i. in iure (ſuꝑ hoc ſtꝫ reperti) ſcꝫ (ꝯiunx). i. vxor (⁊ nati). i. filij (famuli). i. ſeruitores. ⁊ ſuꝑ. illi (q̇ debita q̄runt) s^e excuſať (ignorās ſuꝑ his) ſcꝫ factis (⁊ dicens verbū vtile. ⁊) ille (q̇ vitare neq̇t hos) ſcꝫ excōicatos. ⁊ hoc dico vrgēte neceſſe). i. neceſſitate (participāt tute). i. cohabitāt ſecure (ſtrictis). i. ligatis (anathemate (iure). i. iuridice (interdicta) ⁊ (ſuſpenſio ſtꝫ nēpe). i. certe (cauenda) i. vitāda (q̄uis ſint pene leuiores) anathemate (ſtꝫ tñ metuende) id eſt timende.

De modo euitandi peccatum

Triplex eſt hoſtis hoīs. demon. caro. mūdus
Non faueas iſtis. vt ſis a crimine mūdus
Demon agit timidum. mūdus crapulū. caro fedum
Ut non tempteris caueas ne decipieris
Mundū ſpernendo vinces carnē reprimēdo
Proſternes ſathanā ſeruando fidem bene ſanam
Temptant aſtute. ne cures viuere iuſte
Ut male delinquas. ⁊ ne peccata relinquas
Cur te prudēter ſerua meditando frequenter
Q damnatus eris ſi peccato morieris
Ut mala deuites aliquid fac. ocia vites
Nūc age. nunc ora. lege nūc. vaga nulla ſit ora
Obſta principijs. qꝛ tunc cito vincitur hoſtis
Quādo nimis creſcit temptatio raro quieſcit
Cerne deum. qui te ſemper ſpeculatur vbiq̄

Qui mala vix celat. ſed punit ⁊ ipſa reuelat
Nil eſt tam tectũ quin ſit quãdoqꝫ repertum
Poſtea confeſſus reus eſt. ⁊ ipſe retruſus
Inſpice quanta bona dominus tribuit tibi dona
Precipue mortem chriſti bene reſpice fortem
Ne ſis ingratus ſibi cõmittendo reatus
Cum male delinquis iterum xp̄m crucifigis
Inſpice ſanctoꝝ. necnon exempla reorum
Gaudia ꝓ meritis iuſtis. mala dantur iniquis
Inſpicias animã ſic xp̄i morte redemptam
Ac tibi cõmiſſam. cur crimine deſtruis
Proſpice fetorem culpe. penamqꝫ. pudorem
Longa datur pena. ſed delectatio curta
Cerne quot ⁊ quanta peccatum dat tibi damna
Quot quãti ſubito moriuntur ſepe memento
Scis ꝙ obibis homo. neſcis vbi. quomõ quãdo
Penſa iudicium. quo nil remanebit inultum
Cerne graues penas. baratri forteſqꝫ catbenas
Cur domũ celi ne ꝑdas turbine teli
Lauda tu dominũ. ne ꝑdas eius amorem
Sacre ſcripture ſtudium quoqꝫ ſit tibi cure
Sic mala vitabis. mentemqꝫ tuam ſociabis
Sanctos ſectare. prauos noli ſociare
Senſus frenare. ſatagas carnemqꝫ domare
Vinũ ſumendo ſis ſobrius. ⁊ comedendo
Et loca prompta malis fuge. ne ſis partialis
Nam locus errare promptus facit ⁊ fatuare
Hec bñ ſeruando xp̄m cum matre rogando
Crimina vitabis. hoſteſqꝫ tuos ſuperabis
Nemo tamen credat ꝙ eum temptatio ledat
Sic non conſentit animo: quia tunc bene ſentit
Debilis eſt hoſtis. qꝛ nullum (ni velit) vincit
Non eſt peccatum. niſi ſit per velle paratum
Velle nequit cogi. q̃uis queat ad mala pũgi
Non excuſatur ratio. cum quis ſeperatur
Ergo tuũ velle ꝯpeſcens crimina pelle
Vt careas pena leteris in ede ſuperna

Te bene conante: domino ſimul auxiliante

¶ Hec eſt vndecima ps hui⁹ capl̄i. in q̄ docet autoꝛ modū euitādi pec-
catū. dicēs p̄mo. q nos habem⁹ in h̄ mūdo tres aduerſarios q̄tidie bel-
lātes aduerſum nos. vt poſſint nos trahere ad pctm̄. quibꝫ tñ obedire
debem⁹ ſi velim⁹ pctm̄ euitare. Prim⁹ aduerſarius eſt dyabolus q̄ tē-
ptat de ſupbia. qm̄ ip̄e eſt rex ſup oēs filios ſupbie. vt Job. xli. Scd̄us
aduerſarius eſt md̄s q̄ tēptat de auaricia. quā nemo ſapiēs concupiuit
vnq̄. ſciēs q nihil tulim⁹ in hūc md̄m ꝛc. vt d̄r ad thimoteū. vi. Et q̄
volūt diuites fieri incidūt in tēptatōes mltas. meli⁹ eſt g̊ credere xp̄o
dicēti Lu. xij. Facite vob̄ theſauꝝ in celis q̊ fur nō appropiat neq̄ ti-
nea corrūpit. Tercius aduerſarius eſt caro nr̄a p̄pria. q̄ nob̄ eſt ſicut ini-
micus familiaris. qm̄ ſp cōcupiſcit aduerſus ſpm̄ de q̄ apl̄s ad ephe. v.
vt ſup̄. Jſti aūt tres aduerſarij pn̄t vinci h̄ modo videlicꝫ cōtēpnendo
md̄m velut fallacē ꝛ variabilē. Scd̄o rep̄mēdo carnē ꝛ affligendo ſicut
faciebat btūs paulus. vt ſcribit̄ p̄mo ad corithios. xi. Caſtigo corp⁹
meū ꝛ in ſeruitutē redigo. Tercio p̄ſternēdo diabolū p verā fidē ꝛ me-
ditādo q dānati erim⁹ ſi in pctō moriemur. Qui aūt vult veracit̄ pec-
catū vitare dꝫ ꝯtinuo aliq̄d boni facere ꝛ nūq̄ ocioſus eſſe; q2 d̄r Hie-
ronym⁹. ocium eſt p̄ncipiū tēptationis. ꝛ ponit̄ de ꝯſe. di. v. in. c. Nūq̄
Jtem p euitūda tēptatione debemus ꝯſiderare q deus eſt vbiq̄ ꝛ oīa
videt ſemp pctā puniēs q̄uis etiā ſint occulta: q2 nihil eſt tā occultum
qd̄ nō reueleť. Luc. viij. ꝛ. xij. Jnſup ꝯſideremus bona a deo nob̄ data
ꝛ p̄ncipaliter paſſionē eius quā pro nobis ſuſtinuit. ꝛ qui xp̄m offendit
iteꝝ eū crucifigit. Reſpiciam⁹ etiā opera ſanctoꝝ nobis data in exem-
plū attēdentes gaudia eoꝝ que data eſt eis ſm̄ meritū. ꝛ multa q̄ ſuſti-
nent pctōres poſt mortē. cōſideremus redēptionē anime noſtre factaꝫ
in xp̄i ſanguine ꝛ caueamus fetorē culpe mortalis. penā ꝛ verecundiā
et quomō p parua delectatione datur pena eterna. Jnfinita eñ mala p-
ueniunt ex peccato. quoniā nulla noceret aduerſitas niſi dn̄aretur iniqui-
tas nihil eſt ergo qd̄ tam noceat homini ſicut pctm̄ Penſem⁹ q̄ neceſſe
eſt mori. ꝛ multi moriūtur ſubito ꝛ ſine cōfeſſione. ꝛ ſic neſcim⁹ quādo
ꝛ quō moriemur. Poſt mortē vero expectam⁹ iudiciū dei in quo oīa
dilecta punient̄ in inferno eñ ſunt mirabiles ꝛ infinite pene corporales
et ſpirituales. ſimil̄r ſunt vincula fortiſſima q̄ nullus poterit diſſoluere
p̄uidemus g̊ ne paradiſum pdamus p̄pter bonū trāſitoriū laudem⁹ etiā
deū ne pdamus eius amorē. Studeam⁹ ſacrā ſcripturā. ſeq̄mur ſctōs
viros ꝛ fugiamus malos. cōtineamus omnes ſenſus noſtros. ꝛ done-
mus carnem noſtrā comedēdo ꝛ bibendo ſobrie fugiēdo occaſionē ma-
li. ſicut ꝛ locus aptus ad faciendū malū. rogemus deū ꝛ virginem ma-
trem eius. ꝛ ſic pctā vitabim⁹ ꝛ hoſtes noſtros ſupabimus. Aduertē-
dum tñ eſt q temptatio nō eſt pctm̄ niſi interueniat cōſenſus volunta-
tis ꝛ ſic hoſtis diabolicus eſt debilis q̄ non vincit niſi volentē. volūtas
eñ rōnalis cogi nō pōt ꝛ ſic oīe pctm̄ eſt voluntariuꝫ aliter nō puniret
deus pctm̄. vt habet̄ in. c. vaſis ira. xiij. q. iiij. Excitari nō pt voluntas
a temptatione ſed nō vinci q̄re peccatoꝛ eſt inexcuſabilis. Cōpeſcere
igitur debemus voluntatem malam ne mereamur penam eternā pro

peccato debitã ſed habeam⁹ vitã eternã in qua eſt leticia ſempiterna. Si conamur vincere temptatõnem ſtatim adeſt nob adiuto: deus. qa fidel' ⁊ nõ pmittit nos temptari vltra id qđ poſſum⁹ ¶ Conſtrue (hoſtis) .i. inimicus (homĩs eſt triplex) ſcʒ ſup. (demon) .i. dyabolus (caro ⁊ mũdus. nõ faueas) .i. obedias (iſtis) hoſtib; (vt ſis mũdus a crimine demõ agit) .i. facit vix ſup. (tumidũ) id eſt ſupbum (mđus facit cupidũ) id eſt auax (caro facit hoiem (fedũ) id eſt fetidũ (caueas vt nõ tẽpteris) ⁊ vt nõ (decipiaris. vinces mđm ſpernẽdo) euʒ ſupple vinces (carnẽ repmendo) eã (pſternes) id eſt pijcies (ſathuã ſeruãdo bñ fidẽ ſanã) id eſt integrã. hoſtes sᶜ (tẽptant aſtute) id eſt ſubtiliter (ne) p vt ⁊ nõ. vt (nõ cures viuere iuſte ⁊ vt delinqs male ⁊ nõ relinquas pctã. cur) id eſt qre (ſerua te prudẽter meditando frequenter) id eſt ſepe (q) tu (eris dãnatus ſi moriaris in peccato. fac aliquid vt deuites) id eſt fugias (mala) in eſt pctã (vt vites ocia. age) id eſt fac (nunc) aliqd ſupple (ora nũc) id eſt aliqñ (lege nunc. nulla hora ſit vaga) id eſt vacua (obſta) id eſt reſiſte (pncipijs) malis (q: hoſtis vincit tunc cito. tẽptatio qe ſcit raro qñ creſcit nimis. Cerne deum q ſpeculat) id eſt videt (te ſemp eſſe vbiq) id eſt in omĩ loco (qui) ſcʒ deus (celat vix) id eſt raro (mala) id eſt pctã (ſed ipe punit ea que reuelat ipa. nil) .i. (nihil ẽ tã rectũ) id eſt abſcõditum (quin ſit reptum qñq) id eſt aliqñ (reus) id eſt peccato: (eſt cõfuſus poſtea eſt retruſus) id eſt incarceratus (ſepe poſtea inſpice) id eſt reſpice quãta bona dñs tribuit tibi. reſpice bñ maxime) id eſt pcipue (mortẽ xpi fortẽ ne) p vt ⁊ nõ (ſis ingratus ꝯmittendo) id ẽ perpetrãdo (ſibi reatus) id eſt pctã (crucifigis iter ipm cum delinqs) id eſt peccas (male inſpice exempla ſanctorum inſpice nec nõ) id eſt etiam (exẽpla reorum) id eſt pctõrum (gaudia dant iuſtis p meritis. mala dantur iniqs) id eſt pctõrib; (inſpicias animã) tuã sᶜ redemptã ſic vt dictum eſt morte xpi ac) p et (cõmiſſam tibi) .i. traditã (cuſtodiendaʒ cur) id ẽ qre (deſtruis ipam crimie. pſpice fetorẽ culpe q) p ⁊ (penã ⁊ pudorẽ) id eſt verecundiã (pena dat longa ſed delectatio dat curta) id ẽ breuis (cerne) .i. reſpice) qt dãna ⁊ quãta pctm̃ dat tibi (nullo) .i. nulle res (q̃ ſunt) id eſt pñt (tm̃ ledere te q̃tum crimina. cerne diem mortis q̃ pulſat fortis ad hoſtia. Memẽto ſepe qt ⁊ quãti viri moriunt ſubito. tu) hõ sᶜ (ſcis q obis) .i. morieris (neſcis vbi quõ qñ. Penſa iudiciũ quo. in q̃ nil) p nõ et aliquid. aliquid (nõ remanebit inultum) .i. impunituʒ (cerne) id eſt reſpice (penas graues baratri) id eſt inferni (q) pro et (cathenas fortes. cur) id eſt quare (ne pro non. non (pdas donũ celi turbine) id eſt volubilitate (teli) .i. iaculi (Tu lauda dñm ne) p vt et non. vt nõ (perdas amorem eius quoq) id eſt certe (ſtudiũ ſacre ſcripture ſit cure) .i. ſolitudini (tibi. vitabis ſic mala q) p et (ſociabis mentem tuam. ſectare) id eſt ſequere ſemp ſanctos (Noli ſociare prauos. ſatagas) id eſt coneris (frenare ſenſus) tuos sᶜ (q) pro et (donare carnem. Si ſobrius ſumendo vinũ ⁊ comedendo. ⁊ fuge loca prompta mali (ne) pro vt ⁊ non. vt non (ſis pũincialis) id eſt malus (naʒ) p q:. q: (locus pmptus) id eſt actus (malos facit fatuare) .i. fatue agere (vitabis crimia (q) pro et (ſuperabis tuos hoſtes ſeruãdo hec hec ⁊ rogãdo xpm cũ

matre tū̃ nemo) id eſt nullus homo (credat ꝙ temptatio ledat eū̃ ſi nō̃ conſentit animo. ⁊ qꝛ ſentit bene hoſtis eſt debilis. qꝛ nullum) pro nō̃ et vllum. qꝛ (non vincit vllum) id eſt aliquem (ni) in eſt niſi (velit. peccatum non eſt niſi petratum) id eſt factum (p velle) id eſt voluntatē (velle) id eſt voluntas (nequit) id eſt nō̃ pōt (cogi q̄uis queat) id eſt poſſit (pungi) id eſt incitari (ad mala ratio nō̃ excuſatur cū̃ q̄s ſuperatur. ergo tu compeſcens) id eſt refrenās (tuū̃ velle pelle) id eſt repelle (crimia vt careas pena eterna. ⁊ vt leteris in ede) id eſt in domo (ſupna) id ē celeſti. ⁊ hoc (te cauēte bene ⁊ dn̄o auxiliante ſimul)

Caplm quartum de ſeptem ſacramentis

Contra peccata deus inſtituit ſacramenta
Per que delentur cō̃miſſa. futura cauentur
Gratia cō̃fertur. ⁊ ſic vita bona refertur

Percipe mente pia ſeptem fidei ſacramenta
Nam male delinquit. qui non digne ſacra ſumit

¶ Hoc eſt quartū̃ hui⁹ libri caplm. in quo tractat autor de ſacramentis. ⁊ pmo in generali. ſcdo in ſpeciali. pmo em̄ docet q̄re fuerū̄t inſtituta: ſcdo em̄ docet quot ſꝫ ⁊ q̄ ſꝫ eoꝝ noīa. Et vltimo de vnoq̄ꝫ in ſpeciali. In pma igiť pte dť ꝙ cō̃tra pctā̃ dn̄s ordīauit ſacramēta. nā̃ ſacra delēt culpā̃ pteriti peccati ⁊ virtutē tribuū̄t pn̄tib⁹ pteritis ⁊ futurꝭ reſiſtēdi. nā̃ in eis ſacris daꝛ grā̃ ſacramentalis p quā̃ q̄s eſt aptior ⁊ fortior ad reſiſtendū̃ temptatōnib⁹ Quare q̄libet xpian⁹ debet bona et deuota volū̄tate ſuſcipe ſeptem ſacramēta: qm̄ q̄ recipit indigne ſacramē̃ta grauiter delinquit. Eſt aūt ſacramentū̃ ſm magiſtrū̃ in quarto ſententiaꝝ ⁊ etiā̃ ſm doctores in eodē. inuiſibilis gratie viſibiľ forma cuius ſimilitudinē gerit ⁊ cauſa exiſtit. Et p hoc differt ſacrm̄ noue legis a ſacramēto veteris legis. ꝙ nō̃ eſt cā̃ illius cui⁹ ſiītudinē gerit Aduertendū̃ ꝙ ſicut ſꝫ ſeptē capitalia pctā̃. ita ſacrā̃ a xpo in noua lege euā̄gelica inſtituta contra hm̄oī peccata. De inſtitutōe āt vniuſcuiuſq̄ꝫ ſacri vide in manipulo curatoꝝ. ⁊ ibi ad longū̃ reperies ¶ Conſtrue (Deus inſtituit). i. ordinauit (ſacramēta ꝯtra pctā̃. p que) ſacramenta (peccata cō̃miſſa in pterito delenť: ⁊ futuro cauenť). i. vitanť (Gratia ſpiritus ſancti cō̃fertur) id eſt daꝛ p ſacramēta) ⁊ bona vita referť) id eſt reportatur (ſic) O xpiane (pcipe) id eſt accipe (ſepteꝫ ſacramenta fidei. pia) id eſt deuota (nam) p qꝛ: qꝛ ille (q̄ non ſumit digne ſacra) id eſt ſacramē̃ta (delinquit male) id eſt peccat Et nota licet oīa ſacamēta nō̃ ſꝫ de neceſſitate ſalutis: veruntn̄ cū̃ q̄s ea cō̃tempneret mortaľr peccaret ex cō̃temptu. vt pꝫ de ſacramento confirmationis ⁊c̄.

Baptiſor firmor ⁊ peniteo cibor vngor
Ordine pmoueor. gratis cum coniuge iungor
Ordo thorus velle ſumuntur quinq̄ꝫ neceſſe
Ordinat ⁊ firmat pſul dat quinq̄ꝫ ſacerdos

Ordo baptiſmus confirmatio non iteratur
Cetera ſumpta ſemel ſacramenta valent iterari

¶ Hec eſt ſcḋa ps huius capl'i. in qua enumerat autor ſacramēta ⁊ docet qs ſit eoꝝ debitus miniſter. Finaliter doc; q̄ ſacramēta poſſunt iterari ⁊ q̄ nō. Dicit igit̄ ſic. ꝙ baptiſmꝰ cōfirmatio pnīa ſeu confeſſio euchariſtia extrema vnctio ordo ⁊ matrimoniū ſt̄ ſeptē eccl'ie ſacramēta. De quoꝝ numero duo ſt̄ volūtaria. ſ. ordo ⁊ matrimoniū. alia vero qnq̄ ſuſcipiunt̄ de neceſſitate. Inſup ſolus eps cū ſupiorib' plātis confert ſacramentū ordinis ⁊ cōfirmatōis. alia vero ſacramēta rite conferunt ſacerdotes. ſacrm aūt ordinis baptiſmi ⁊ cōfirmatōis tm̄ ſel' dn̄t cōferri. q2 nō ſunt reiterabilia. cetera vero pn̄t pluries cōferri ſcdm eccl'ie ordinatōem (Quare aūt aliq̄ iteranī alia vero nō hoc iō eſt. q2 aliqua imp̄munt caracterē. ⁊ iō reiterabilia nō ſt̄ ¶ Cōſtrue. Ergo ſup. (baptiꝫor firmor). i. cōfirmor (⁊ peniteo). i. confiteor (cibor). i. ſummo cibo euchariſtie (vngor). i. ſuſcipio extremā vnctionē (pmoueor ordie ſacro (gratis) et (iunge cu; ꝯiuge. ordo). i. ſacrm ordinis. ⁊ (thorus) id eſt ſacrm matrimonij (ſumūtur velle). i. volūtate Alia ſupple (qnq̄) ſacramenta (ſumuntur neceſſe) id eſt neceſſitate (p̄ſul) id eſt epus (ordinat). i. cōfert ſacrm ordinis (⁊ firmat). i. cōfert ſacramentū cōfirmationis (Sacerdos dat) alia ſupple (qnq̄. Ordo. baptiſmꝰ) et (cōfirmatio nō iteranī). i. nō ſuſcipiunī pluries (Cetera ſacramēta ſumpta ſel' valēt). i. poſſunt (iterari). i. iterū ſuſcipi.

De forma baptiſmi. ⁊ de eius materia ⁊ cōſequentibus ad ipſum

Eſt aqua materia baptiſmi. verbaq; forma
Ac baptizantis intentio debet adeſſe
Baptiſmi fructus eſt plena remiſſio culpe
Gratia confertur. ⁊ pena remittitur omnis

¶ Hec eſt tercia ps huius capl'i. in qua tractat auctor de forma ⁊ materia baptiſmi ⁊ de q̄buſdā ꝯſeq̄ntib' ad ipm dicēs: ꝙ materia baptiſmi eſt aq. ⁊ verba ſt̄ forma eius. Debet inſup baptizātis intētio eſſe. vt intendat baptizare. Effectus vero ipius baptiſmi eſt remiſſio oim pctōꝝ ⁊ collatio gr̄e. ⁊ remiſſio totiꝰ pene debite p pctō ¶ Cōſtrue (Aqua eſt materia baptiſmi (q̄) p2 (ꝟba) sc; ſunt (forma. ac) p ⁊ (intētio baptizātis d; adeſſe). i. pn̄s eſſe (plena remiſſio culpe eſt fructꝰ baptiſmi. Gr̄a ꝯfert̄). i. dat̄ in baptiſmo (⁊ omis pena remittit̄)

De ſacramento confirmationis.

Preſul fons criſma firmat intentio verba
Gracia donatur. cōſtans ad bella paratur
Qui tenet in fonte. vel vnctum criſmate fronte
Efficitur talis pat̄ eius ſpiritualis

Hec eſt quarta pars huius capl'i. in qua tractat autor de ſacramen

eo cōfirmationis dicens. ꝙ hoc ſacramētum ſolus epus confert cū ſuperiorib⁹ prelatis ꝛ nō inferiorib⁹. In primeua tamē eccleſia ſimplices ſacerdotes ſolebant conferre ſacramētum cōfirmationis. vt dicitur in. c. qrto. de ꝯſuetudine. in antiqs. Cui⁹ āt ſacramēti materia ē criſma ſacrum ꝛ verba ſunt forma. ꝛ vltra reqritur intentio epi confirmantis. In hoc etiā ſacramēto confert gratia. ꝛ datur ꝯſtantia ꝛ robur fidei ad reſiſtendū temptationib⁹. Et ille (qui tenet aliquem in ſacramento cōfirmatōis) efficitur eius pater ſpiritual'. ſicut in baptiſmo. vt in. c. p catheçumini. de baptiſmate. li. vi. Et nota ꝙ cōfirmatio eſt conſignatio facta cū criſmate in fronte baptiʒati ab epo cū certa verboꝝ forma ad audacter ꝯfitendū nomē xpi. ¶ Cōſtrue (Preſul) .i. eps (firmat) id eſt cōfirmat (fons criſma. intentio ꝛ verba formāt) .i. faciūt ſacramentū ꝯfirmationis (gratia ꝯſtans) .i. firma (donat ꝛ parat ad bella) ſcʒ contra diabolū. s' ille (qui tenet aliū in fonte) ſcʒ baptiſmatis (vel) ille (q tenet vnctū fronte criſmate: talis efficitur pater eius ſpūalis

De penitentia ꝛ eius ſpeciebus

Contra peccatū graue poſt baptiſma patratum
Extitit inuentū ſacre pene ſacramentū
Conteroꝛ in corde mala. confiteoꝛ ſimul oꝛe
Emendans opere deus indulget mihi vere
Penitet atqʒ dolet ꝛ crimina dicere ſpondet
Vultqʒ ſatiſfacere cōtritus iniqua cauere
Crimina cōmemoꝛa cuncta tua flebiles oꝛa

¶ Hec eſt quinta pars huius capituli. in qua tractat autoꝛ de penitētia ꝛ eius ſpeciebus. dicens ꝙ ſacramentū penitentie fuit inſtitutū ad delendū peccatū cōmiſſum poſt baptiſmū. Ad veram autē penitentiā requirunt iſta. ſcʒ cordis cōtritio. oris confeſſio. ꝛ operis emendatio. et tunc deus dimittit pctm̄ quādo penitens dolet commiſiſſe ꝛ promittit cōfiteri. ſatiſfacere. ꝛ amplius cauere a pctō. ꝛ cōtriſtari debet cōmemorando ea cuncta ſimul ꝛ ſingula. ꝛ deū oꝛare vt ſibi indulgeat. Unde penitentia eſt quedā dolentis vindicta puniens in ſe qđ ꝯmiſiſſe dolet De hm̄ōi ſacramento vide ad plenum in de penitentia ad totum.

¶ Cōſtrue (ſacramētum ſacre pene) id eſt penitenti (extitit) id eſt fuit (inuentū contra pctm̄ patratū) id eſt factuʒ (poſt baptiſma) ego (emēdans opere conteroꝛ) id eſt ſum cōtritus (in corde. cōfiteoꝛ ſimul mala oꝛe. ꝛ deus indulget vere mihi) ſcʒ peccatoꝛi. ſupple hō (cōtritus penitet atqꝫ) pro eſ (dolet ꝛ ſpondet) id eſt ꝓmittit (dicere crimina (qꝫ) pro et (vult ſatiſfacere ꝛ cauere iniqua crimina) ꝛ tu (flebis cōmemoꝛa) id eſt cōmemoꝛata (cūcta tua crimina, ꝛ oꝛa) .i. roga deum

De cōfeſſoꝛe eligendo ꝛ de cōditionibus cōfeſſionis

Elige prudentem te ſoluere iure petentem
Crimina diminuat cōfeſſio cuncta reuelet
Uni preſbitero. nullū graue ſponte tacendo

Integra.feſtina:ſimplex.humilis.rubicũda
Vera.libens.clara.diſcreta.frequens.ſit amara
Accuſans propria.parens confeſſio fida

¶ Hec eſt ſexta pars huius capituli.in qua autor tractat de confeſſore eligendo.ꝛ de cõditionibus cõfeſſionis dicens.ꝙ eligere debemus confeſſorem prudẽtem:qui poſſit diſcernere inter leprã ꝛ lepram. ꝛ qui habeat poteſtatẽ abſoluendi.ſicut eſt ille q̇ habet plebem ſibi cõmiſſam: in quã habet iuriſdictionem ſoluendi ꝛ ligandi. et qui nullo iuris vinculo arcetur ne talem poſſit exercere iuriſdictõem. De hac materia vide plenius de pe.ꝛ re.in antiquis.per totum. Cõfeſſio etiã diminuit penam peccatoꝝ que debet fieri ſoli ſacerdoti de omnibus peccatis ſimul.nihil omittendo.quia vera cõfeſſio debet eſſe integra.nõ diuiſa ꝑ partes.debet eſſe feſtina ꝛ nõ nimis tarda.debet eſſe ſimplex.hoc eſt ſine plica ſeu ſine fallacia duplicitatis.debet eſſe humilis ꝛ nõ ſuperba.debet eſſe verecunda ꝛ vera.voluntaria.clara:manifeſta.diſcreta.diſtincta.frequẽs ꝛ cum amaritudine ꝛ diſplicentia.debet etiã eſſe accuſatrix ſolius confitentis nõ excuſatrix.debet etiã fieri de ꝓpriis peccatis ipius cõfitentis debet eſſe obediens vt ſcꝫ penitens paratus ſit obedire cõfeſſori in penitentia facienda.ꝛ etiã debet eſſe fidelis.vt ſcꝫ cõfitens credat poteſtatẽ eccl'ie a deo datam fuiſſe miniſtris eccl'ie De hmõi cõditionibꝰ tractatur de pe.di.i.ii.ꝛ.iii.etiã ꝛ maxime patent in.c.quem penitet.di.i.

¶ Conſtrue.ſupple tu(elige)confeſſorẽ(prudentẽ potentẽ te ſoluere.) id eſt abſoluere(iure)id eſt a iuriſdictione ſibi cõceſſa(cõfeſſio diminuit crimina.ꝛ reueler cuncta crimina vni preſbitero.nullũ graue)id eſt peccatum mortale(tacendo)ſupple cõfeſſio erit(integra: feſtina: ſimplex. humilis.rubicunda)id eſt verecunda(vera:libens) id eſt voluntaria. (clara:diſcreta:frequens) ꝛ ſit(amara)id ẽ doloroſa(accuſans ꝓpria) ſupple pctã(parens)id eſt obediens.ꝛ(fida)id eſt fidelis

De mõ cõfitendi ꝛ circũſtãtiis aggrauãtibꝰ peccatum

Vt reminiſcaris hoc modo cõfitearis
Dic de peccatis mortalibus ꝛ ſpeciebus
Dic de mandatis domini ꝑ te violatis
De male receptis dicas etiã ſacramentis
De ſeptem factis pietatis dic male factis
Dic ſenſus quinqꝫ.nõ cetera membra relinque
Dic bene quecũqꝫ mala feceris ac vbicunqꝫ
In factis:dictis.conſenſu.ſiue relictis
Que nõ dixiſti dudum.dic ſi recidiſti
Dic graue peccatũ ꝑ te dudum recitatum
Res circũſtantes dicas peccata grauantes
Saltem mutantes.crimenqꝫ nouum generantes
Iſta grauant viciũ.dignus.ſtatus.ꝛ recidiuum

Conditio.numerus.locus.ordo.ſcientia tempus
Copia.cauſa.mora.locus.etas.lucta.puſilla

Hec eſt ſeptima ps huius capli.in qua tractat auctor de mō cōfitē
di.ꝛ de circūſtātijs aggrauātibus pctm̄ dicēs.ꝙ ſi quis velit bn̄ ꝯfite
ri ꝛ pctōꝝ ſuoꝝ oīm habere memoriam debet ꝯfitendo ſeruare hunc or
dinē.vt pmo dicat ſeptē pctā mortalia ꝛ eoꝝ ſpecies ꝛ modos.deinde
dicat de pceptis dei ſi ea nō bn̄ cōpleuerit:poſtea vero de ſacramētis in
debite vel irreuerēter ſuſceptis.Itē dicat ſi ꝯtempſit virtutes.vl' ſi eas
nō habuit q̄s merito habere debuit.dicat etiā de ſepte ꝫ operib ꝫ miſcdie
ſi ea nō bn̄ ꝯpleuit.ꝛ deinde dicat oīa ſua malefacta.et de qnqꝫ ſenſi
Sis pauper. mitis. flens. ius ſitiens. miſeratoꝛ
Mundus. pacificus. vult ſic mundiqꝫ creatoꝛ
Per ſeptem merita dantur tot premia magna
Pauper enim regnat. mitis poſſeſſoꝛ abundat
Flens conſolatur. ſitiens iuſtum ſatiatur
Fit pietaſqꝫ pijs: dominum munduſqꝫ videbit
Eſt quoqꝫ pacific⁹ domini proles et amicus

Hec eſt tertia ps huius capl'i. in q̄ tractat autoꝛ de octo b'titudinib.

dicens. ꝙ debem⁹ nos h̄ ornare virtutibꝫ. ꝑ quas ad btītudinē celeſtꝭ glorie ꝑuenire poſſum⁹. octo eīm ſtꝫ btītudines pn̄tis vite. q̄bꝫ regnum celoꝝ ꝓmereremur. Prima eſt paupꝑtas. ſcđa eſt mititas ſeu hūilitas. tertia eſt flet⁹ ꝛ luctus. q̄rta eſt deſideriū iuſticie. q̄nta eſt mīa paupm̄. ſexta eſt cordis mūdicia. ſeptima eſt patia. octaua eſt ſuſtinētia ꝑſecutoris ꝓpter iuſticie veritatē. Nonā btītudinē īſuꝑ addit xp̄s Mat. v. dicēs Bt̄i eſtis cū maledixerint vobis hoīes. ꝛ ꝑſecuti vos fuerint. ꝛ dixerīt oē malū aduerſus vos mentiētes ꝓpt me. Per meritū eīm haꝝ virtutū ꝯferunt maxia p̄mia. Nā paupꝑ abundabit diuitijs. Mitis xo poſſidebit terrā celeſtē. Lugēs ꝯſolabit. Juſticiā deſiderās ꝛ ſitiēs saturabit. Miſericors miam dei ꝯſequet. Mundus corde deū videbit. Pacificus aūt fili⁹ vocabit. Et q̄ ꝑſecutionē patit ꝓpter iuſticiā regnū celorum ꝯſequet. Et de his oībꝫ vide caplm̄. v. ī euāgelio Math. ¶ Cōſtrue (Sis dotat⁹ bn̄) ſc̄ donis ſpūſſcti (vt ſis btūs ī fine. Sis paupꝑ. mitis) ſeu benign⁹ (flens. ſitiens iūs). i. iuſticiā (miſerator. mūd⁹) corde (pacificus) q2 (creator mūdi vult ſic). i. p̄cepit ſic (Tot magna p̄mia dant ꝑ ſeptē merita) p̄dicta (eīm), p q2. paupꝑ regnat. mitꝫ abūdat flens ꝯſolat. ſitiēs iuſtū ſatiat (ꝗꝫ), p ꝛ pietas fit pijs. ꝛ mūdus videbit dn̄m (q̊ꝫ), p ꝛ (pacific⁹ ē ꝑles). i. fili⁹ (dn̄i ꝛ amicus.

De fide ꝛ circa que conſiſtit

Uera fides credit. que non videt. his ꝛ obedit
De qua preſcripſi: cur hic non plus tibi ſcripſi

Hec eſt q̄rta ꝑs hui⁹ caplī. in q̄ tractat autor de fide ꝛ circa q̄ ꝯſiſtit dicēs. ꝙ xra fides fac̄ credere q̄d nō videt. ꝛ obedire etiā his q̄ nō videt vt aic apl's Heb. xi. vbi dic̄. ꝙ fides ē ſuba reꝝ ſꝑādaꝝ argumētū non appꝑētiū. De fide ſatꝫ dictū ē ſuꝑ ī ca. p̊ hui⁹ libri. q̄re h̄ ſuꝑſdet ¶ Cōſtrue (fides xa credit) ea (q̄ nō videt. ꝛ obedit his q̄ nō videt. De q̄) fid̄ ego autor (p̄ſcripſi) ſcꝫ in p̄mo caplo (cur nō plus ſcripſi tibi hic)

De ſpe ꝛ eius effectibus

Eternam ſpectat vitam ſpes. ꝛ meritis ſtat
Jn domino fixa ſecus eſt preſumptio dicta
Spernit terrena ſpes. celi ſpectat amena
Egris ſolamen. tribulatis dat releuamen
Non in diuitijs proprijs ſperes vel amicis
Jn domino ſpera. qui donat gaudia vera
Qui vult prodeſſe ſperanti neſcit abeſſe
Debet quiſqꝫ fore cum ſpe ſimul atqꝫ timore
Ut non diffidat peccans. nimium neqꝫ fiat

Nec eſt q̄nta ꝑs hui⁹ caplī. in q̄ determinat autor d̄ ſpe ꝛ ei⁹ effectu dicēs. ꝙ ſpes ex gr̄a ꝛ meritis ꝓuenīēs facit nos expectare cū certitudine vitā eternā. quā fide credim⁹ eſſe poſt pn̄tē miſeriā. al's eīm ſpes ſine meritis ꝓprijs eſt q̄dā p̄ſumptio future btītudinis. veluti ſꝑare in dn̄o ſine oꝑibꝫ virtuoſis. ꝑ veram ſpē ꝯtemnim⁹ res terrenas ꝛ deſideram⁹

res celeſtes. Sic ſpes future releuatõis ⁊ ſanitatꝭ ↄſolaꝛ infirmos. ⁊ releuat tribulatos. Non eñ ſperare debem⁹ ſeu ſpẽ ponere in diuitijs. vt dꝛ pſ. lxi. Diuitie ſi affluãt nolite coꝛ appo nere. nec in amicis. vt in pſ. cxxvi. Nolite ↄfidere in principib⁊ neqꝫ in filijs hoĩm in qb⁊ non ẽ ſalus Spandũ eſt aũt in ſolo deo. q̃ dare põt vitam eternã. ⁊ ſolus põt ꝑficere ⁊ nunq̃ deficere. Viuam⁹ igiꝛ cũ ſpe venie de pctis. ⁊ cum timoꝛe dꝛ qꝛ ſpes ſine timoꝛe p̃ſumptio eſt. de q̃ dꝛ Maledict⁹ q̃ peccat ĩ ſpe. Neqꝫ etiã tantũ ſpandũ eſt de dei mĩa. vt poſtponaꝛ timoꝛ diuine iuſticie. alˀs eñ eſſet peccare ſub ſpe venie ⁊ ecõ tra ſpm̃ ſctm̃. vt dꝛ in. e. qs d cõſc. diſ. iiij. ¶ Cõſtrue (ſpes). i. illa ꝟtus theologicalis (ſpectat). i. expectat (vitã eternã) ⁊ ſpes inquã (ſtat fixa in dño meritis). i. ꝑ merita. et ſpes (ſpectat amena). i. iocũditates (celi). i. ꝑadiſi. ⁊ ſpes (dat ſolamẽ) i. ↄſolationẽ (egris) ⁊ (dat releuamẽ tribulatis Nõ ſperes in diuitijs ꝓꝑijs vel in amicis) ſed (ſpera in dño q̃ donat vera gaudia). ſ. celeſtia (Qui) ſˀ deus (vult ꝓdeſſe ſpãti) in eo. ⁊ (neſcit abeſſe). i. deſerere ſperantẽ (Quiſqꝫ). i. q̃libet (debet foꝛe). i. eſſe (cũ ſpe. atqꝫ) ꝑ ⁊ debet eẽ (ſiꝉ cũ timoꝛe. Et peccãs non diffidat). i. nõ deſꝑet (neqꝫ) ꝑ ⁊ non (⁊ non fidat). i. nõ ↄfidat (nimium) de dei miſericoꝛdia.

De caritate. ⁊ primo in generali

Carus amoꝛ dictus eſt vere maxima virtus
Quia fit homo gratus domino. tandemq̄ꝫ beatus
Conſtat amens plenus virtutibus. alter egenus
Nullus habet floꝛem meriti. niſi propter amoꝛem

Hec eſt ſexta ꝑs hui⁹ capli. in q̃ tractat autoꝛ d charitate in generali dicẽs: ꝙ caritas (q̃ eſt ver⁹ amoꝛ dei ſui ⁊ ꝓximi) dꝛ veraciꝛ maxia ꝟtutũ. Quare xp̃s charitatẽ ſibi appropuãs dicit. Hoc eſt p̃ceptũ meũ vt diligatis inuicẽ Joh. xv. Jtẽ dicit apſs ad Ro. xiij. Qui diligit legẽ impleuit. plenitudo ḡ legis eſt dilectio. Silr. ij. ad Coꝛintꝭ. xiij. Pꝛobat apſs. ꝙ nulla ꝟtus eſt vtilis ad ſalutẽ ſine charitate. cũ dicit. Si liguis hoĩm loquar ⁊ angeloꝝ. charitatẽ aũt non habeã. factus ſuꝫ ſicut es ſonans aut ſymbalũ tinniens. Charitas eñ facit hoĩem deo gratũ ⁊ deñ beatũ. ⁊ q̃ habet charitatẽ oẽm habet virtutẽ. Nullus etiã mereri põt vitã eternã ſine charitate q̃ cum ſemel ꝑfecta habeꝛ nũq̃ excidit vt dꝛ. ij. ad Coꝛinth. xiij. Et ſilr in canone. Ficta charitas eſt q̃ deſerit in aduerſitate. charitas vera ſemel habita vlteri⁹ nõ amittiꝛ ¶ Conſtrue (amoꝛ carus). i. charitas (eſt dict⁹ vere virt⁹ maxia. q̃) virtute. hõ fit gratus dño (qꝫ) ꝑ ⁊ (fit tandẽ). i. finaliter beat⁹. ⁊ hõ (amans) ex charitate (ↄſtat). i. eſt (plenus virtutib⁊) ⁊ (alter). i. qui non habet charitatem. eſt (egenus). i. carens virtutib⁊. ⁊ (nullus habet floꝛeꝫ meriti) ſcꝫ regni celoꝝ (niſi propter amoꝛem). i. ꝓpter charitatem

A quo incipit caritas. ⁊ quõ eſt diligendus quiſqꝫ

Oꝛdo ſeruetur. vt primo deus perametur
Poſtea dilige te ſuper omnia: ſed magis hunc te
Proximus eſt hinc plus peramandus iuſtus amicus

Poſtea vult dominus vt amatus ſit inimicus
Inquantum bonus eſt. ⁊ homo. ſed non vt iniquus
Poſt corpus proprium ꝑametur. ⁊ hinc alienum
Dilige ſic homines: vt eorum crimina vites
Ac odias culpas. hominem non. qui facit ipſas

Hec eſt ſeptima ꝑs hui⁹ capl'i. in quo docet autor q̄ ſunt diligēda ex charitate ſm̄ p̄us ⁊ poſterius. magis ⁊ min⁹. dicēs ꝙ in charitate ꝑfecta ⁊ ordiata talis eſt ordo ſeruand⁹. vt ſcʒ p̄mo ⁊ p̄ncipalit̄ diligatur de⁹ ⁊ ſuꝑ oīa. deinde q̄libet tenet̄ ſeip̄m diligere amore. ſ. iuſticie ⁊ non ꝯcupiſcētie. Tercio ꝑo loco diligend⁹ eſt ꝓxim⁹. ⁊ p̄mo bonus ⁊ iuſtus ⁊ amic⁹. ⁊ ꝑn̄r inimicus. vt dr̄ Luc. vi. Diligite inimicos v̄ros. bn̄faci te his q̄ oderunt vos. Itē dicit Augu. Primo diligam⁹ q̄ ſupra nos ſūt deinde q̄ intra nos. De hoc ordine etiā tractat Amb. dicēs. diligere etiam debem⁹ inimicos ⁊ q̄ſcūqꝫ. licet ſint mali. non tn̄ diligere debemus eos qꝛ mali ſunt. ſed qꝛ hoīes ſunt. Deīn corpa īfra diligamus. ꝑponendo tn̄ aīas alioꝝ. hoī eīn miſerandū eſt. pctōri iraſcendū. vt. xxiij. q. iiij. in rubro. ⁊ in. c. duo iſta noīa. vbi text⁹ dicit. Duo iſta noīa cum dicimus homo peccator. non vtiqꝫ fruſtra dicunt̄. qꝛ pctōr eſt corꝑe. qꝛ hō eſt miſerie ¶ Conſtrue (Ordo ſeruet̄) sᶜ in caritate (vt deus perametur). i. perfecte amet̄ (primo). i. ante oīa (dilige poſtea te). i. teip̄m (ſuper oīa. ſed) sᶜ diligas (magis hunc) ſcʒ deum (te). i. q̄ꝫ te (Proximus iuſtus amicus eſt plus ꝑabundans hinc) id eſt poſtea. Et (dn̄s) iħus (vult). i. ꝑcipit (vt inimicus ſit poſtea amatus). i. dilectus. ſcʒ (inq̄ꝫtū eſt bonus) bonitate entis (⁊ inquantum eſt homo. ſed nō vt iniquus) id eſt inquantū peccator (Corpus ꝓpriuʒ perametur). i. diligatur (p⁹) id eſt poſtea (⁊ hinc). i. poſtea. sᶜ diligat̄ (alienū corpus). i. corpus ꝓximi (Dilige ſic hoīes. vt vites). i. fugias (crimina eoꝝ. Ac) ꝓ ⁊ (odias culpas. non hoīem. qui facit ipſas) culpas

De prudentia ⁊ circa que conſiſtit

Preſens rebus tranſactis ſolertia neſcit
Conſtat in inſidijs prudentia vera cauendis
Ac diſponendis ſapienter rebus agendis
Preſens diſpone: tranſactum mente repone
Proſpice ventura. ſic eſt prudens tua cura
Cum quid vis agere. debes bene primo videre
An tibi conueniat. liceat ſimul vtile fiat
Omnia prudenter fac. finem cerne frequenter
Et primo metue. que poſſunt inde venire

Hec eſt octaua huius capituli pars. in qua tractat autor de prudētia et circa que conſiſtit dicens. ꝙ ſolertia eſt peritia conferendi preſētia preteritis tactum. Sed prudentia tria tempora cōcernit. Prudēs enim omnia ſua facta que cōplere intendit ſapienter aduertit. vt euitet

caſus fortuitos que variis modis contingere poſſunt . Preſens enim tempus prudens diſponit. ⁊ preteritum mente voluit ac retinet. Solicite vero futurum tempus a longinquo contemplatur. Et in his aūt tribus verſatur cura eius. Prudens etiā in agendis ꝯſiderat. an ꝯueniat ei ⁊ vtiliter licita ſint. Non eīm cuncta (q̄ licent ſemꝑ) expediunt: ait apl'us ad corintheos. vi. Pruden ter ergo oīa ex fine ſūt ꝯcernenda Et metuenda ſunt que inde prouenire poſſunt. ne in aliquo noceant. Et nota quid ſit. prudentia eſt virtus cardinalis in intellectu practico ꝯtinens alias cardinales. mediū tenens inter morales ⁊ intellectuales. auriga earū que obliuione non deletur. ꝓpriū bonū concernens ⁊ cōmune non omittens. Ab arte differens que ſolicitudinem habet annexam. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes. Matth. iiii. ¶ Cōſtrue (Solertia). ſ. illa virtus (necat). i. coniungit (preſens) tp̄s ſup. (in rebus tranſactis. Uera prudentia conſtat in inſidiis cauendis) ac pro ⁊ (in diſpenſandis ſapienter rebus agendis) O prudens sᵉ (tua cura ē ſic diſpone p̄ſens tempus repone mente) tua tp̄s (tranſactū. proſpice ventura. Cum vis agere quod). i. aliquid. debes primo videre bene: an). i. vtrū (conueniat) . i. decens ſit an (licet ⁊ an fiat ſiml' vtile fac oīa prudenter. cerne finem frequenter: ⁊ metue primo (ea (que poſſunt venire inde) id eſt ex illo fine.

De iuſticia ⁊ impedientibus ipſam

Eſto vir iuſtus cunctis reddendo ſuum ius
Redde creatori ius maioriqꝫ minori
Serua dulcorem iuris moderando rigorem
Seuit iuſticia niſi ſit pietas ſibi iuncta
Ut bene procedas non verba nimis cito credas
Te prius in forma ne ledas quem ſine norma
Qui ſubito credit alios ⁊ ſe male ledit
Qui cito procedit a iuſto ſepe recedit
Turbant ſepe metus odium dilectio munus
Judicium rectum cur eſt vtrunqꝫ cauendum

Hec eſt nona huius capituli pars. in qua tractat autor de iuſticia ⁊ impedimentis ipſius dicens ꝙ vir iuſtus reddit cuiqꝫ qđ ſuum eſt ⁊ p̄mo deo: etiam aliis tam minoribꝫ q̄ꝫ maioribus. iuſtus eīm debet ſeruare iuris equitatem ⁊ temperare iuris rigorem. iuſticia aūt ꝯuertit̄ i crudelitatē niſi habeat pietatē ſibi annexam. Iudex ergo ⁊ quicunqꝫ alius iuſtus exercendo iuſticiam ſi iuſte non vult procedere non debet omnibus verbis nimis cito credere. ſed debet prius debite ſe informare đ veritate ne fedat iuſtum ſine regula iuſticie. Sepe eīm accidit ꝙ is qui nimis cito credit verbis que audiuit ⁊ (p̄mature ꝓcedit ad exercendū iuſticiam ſeipſum) ⁊ alium ledat. q̄m a iuſticia recedit. Aduertendū t̄n ꝙ quatuor ſunt quibꝫ ſolet humanum ꝯuerti iudiciū. p̄mū eſt metꝰ ſeu timor. ſcđm eſt odium. tertium eſt dilectio. ⁊ quartū eſt munus ſe donū acceptum. a quibꝫ debet fieri oīs iuſtus iudex alienus. vt đr in capitulo

Cũ eterni.de ſentẽtia ⁊ re iudicata.li.vi. ⁊ ibi ponit̃ pena iudicis teme-
re iudicãtis. Eſt aũt iuſticia ꝯſtãs ⁊ ꝑpetua volũtas ius ſuũ cuicunqȝ
tribuẽs.ff.⁊ inſtituta de iuſticia ⁊ iure.codice.i. ¶ Cõſtrue (eſto).i.
ſis (vir iuſtus reddẽdo ſuũ ius cũctis.redde ius creatori.maiori.qȝ) ꝑ
⁊ (minori ſerua dulcorẽ). i.eq̃tatem (iuris moderã do rigorẽ. iuſticia ſe
uit).i.crudelis eſt (niſi pietas ſit iũcta ſibi.nõ credas nimis cito verba
vt ꝓcedas bñ.informa ꝑus te,ne) ꝑ vt ⁊ nõ (ledas quẽ).i.aliquẽ (ſine
norma) ille ſpᵉ (qui credit ſubito ledit male ſe ⁊ alios) ille (qui ꝓcedit ci
to recedit ſepe a iuſto. Odiũ.metus.dilectio,munus turbãt ſepe rectuȝ
iudiciũ.cur).i.quare (vtrũqȝ eſt cauendũ)

De fortitudine

Fortis ſis animo ſemꝑ peccata cauẽdo
Sis cõſtans fortis.cum temptat te malus hoſtis
Tempore ſi meſto vexaris fortior eſto
Nam poſt aduerſa deus bona dat viceuerſa.
Ut non deficias conſtans in turbine fias
Tunc debes eẽ mage fortis quando neceſſe
Semper magnanimꝰ aduerſis fortior eſt plꝰ

¶ Hec eſt decima huiꝰ capituli ꝑs.in qua tractat autor de fortitudi-
ne dicẽs.ꝙ fortes ⁊ animo ꝯſtãtes eſſe debemꝰ aduerſus demonis tẽp
tationes ſi volumꝰ vitare pctã. Quãto em̃ plus tẽptamur.tanto debe
mus fortius reſiſtere tẽptatõibus.qđ ſi fecerimꝰ deũ adiutorẽ noſtruȝ
ꝑcipiemꝰ qui tẽptatõem fugabit.⁊ plurima bona ꝓpter reſiſtẽtiam da-
bit.vt dr̃ Apoc̃.xxi. Qui vicerit poſſidebit hec ⁊ ero illi deus.⁊ ille erit
mihi filius. Ubi g̊ eſt bellũ atqȝ periculũ ꝯſtantiores ⁊ fortiores eẽ debe
mus.veluti boni ꝓceres.nã magnanimus quãto fortiꝰ impugnat̃.tã-
to plus aduerſus impugnantẽ fortificat̃. Fortitudo eſt ꝟtus moralis
q̃ quis ꝯſtãter ſuſtinet aduerſa ⁊ audacter aggredit̃ difficilia ¶ Cõ
ſtrue (ſis fortis aĩo cauẽdo ſꝑ pctã.ſis ꝯſtãs ⁊ fortis cuȝ hoſtis malus
tẽptat te.eſto fortior ſi vexaris tꝑe meſto).i.triſti (nã deus dat bona pꝰ
aduerſa.fias conſtãs in turbine).i.turbatione (vt nõ deficias debes eẽ
tũc mage).i.magis (fortis quando) ſpᵉ eſt (neceſſe.magnanimus ad-
uerſis) id eſt ꝯtrarijs (eſt ſꝑ plus fortior).i.fortis

De temperantia.

Ut domino gratꝰ viuas eſto moderatꝰ
Non vult ſobrietas rationis frangere metas
Quanto plꝰ poteris in cunctꝭ te modereriꝭ
Uincere cor proprium plꝰ eſt qȝ vincere mundum
Temperȝ exceſſus qui non vult eẽ repreſſus
Semꝑ adeſt vicium niſi ſit temperamẽtum.
Quanto maior eris moderatior eſſe tenerꝭ.
Nam cito ſtultꝰ eris ni velle tuum modereris.

¶ Hec eſt vndecima hui⁹ capituli ps. in q̄ tractat autor de tēperantia dicēs. q ſi velim⁹ deo grati eſſe debem⁹ viuere moderate. qm̄ qui ſobrie viuit nūq̄ excedit rōis regulas. ⁊ p moderatōem vincere corpꝛiū magnū eſt ⁊ valde virtuoſum. ⁊ eſt mai⁹ opus q̄ vincere totū mundum. Si quis ḡ velit viuere ſine repħenſione debet in nullo excedere. vbi em̄ nō eſt temperātia ſp inſunt crimina. Et quāto quis maioꝛ eſt tāto debet eē moderatioꝛ. al's quis ſtult⁹ reputat q̄n volūtas eius nō moderatur. vñ ſm̄ Ambroſiū. tēperātia eſt v̄tus q̄ modū ⁊ oꝛdinē eoꝝ q̄ dicēda vel agēda ſunt ſeruat ¶ Conſtrue (eſto). i. ſis (moderatus vt viuas gratus dño. ſobꝛietas nō vult frāgere metas). i. limites ſeu terminos (rōis. modereris te). i. moderatus ſis (in cūctis quāto poter; pl⁹ vincere corpꝛiū eſt plus q̄ vincere mūdum) ſpᶜ ille (qui nō vult eſſe repħenſus tempet exceſſus. viciū adeſt ſp niſi temperamētum ſit. teneris eſſe moderatioꝛ quāto eris maioꝛ. nam) p qꝛ. qꝛ (eris cito ſtultus. ni) id eſt niſi (modereris tuum velle)

De timoꝛe ⁊ circa que conſiſtit

Pꝛe cunctis timeas dominū ſimul ⁊ reuerere
Ni dominum timeas opus eſt te cuncta timere
Si dominū metuis. contraria nulla timebis.
Si quis amet dominum ſemp reuerebitur ipm
Humano moꝛe nō eſt amoꝛ abſq̄ timoꝛe
Non ſibi ſeruili. ſed amicabiliter reuerenti
Non timeas hominem nec mundum te tribulantem
Sed dominum metue. qui ſemp regnat vbiq̄.
Qui valet in patria te ponere ſine gehenna.
Si chꝛiſtum metuis ſemp peccare cauebis
Si metuis dominum tibi donabit paradyſum.

¶ Hec eſt duodecima hui⁹ capituli ps. in qua tractat autoꝛ de timoꝛe. ⁊ circa que cōſiſtit dicēs. q añ oīa ⁊ ſup omnia debemus deū timere ⁊ pfecte honoꝛare. qm̄ qui deū nō timet oīa alia odio habet ⁊ ecōtra. qui deū pfecte timet timoꝛe reuerētiali ⁊ filiali ſeu obediētiali. nihil aliō timere debet. qꝛ nihil ei poterit nocere. velut d̄t apl's. Si deus p nobis quis ꝯtra nos. Ad rhomanos. viij. Qui vero amat deū valde timet offendere eū. qm̄ nullus eſt pfectus amoꝛ humān⁹ ſine timoꝛe. Sed aduertendū q timere debemus deū nō timoꝛe ſeruili ſicut dyabol⁹ timet. ſed amoꝛe amicicie ⁊ reuerētiali: mūdus aūt vel mūdanus hō nō eſt timendus. q̄uis p tempoꝛe inferre tribulatōem poſſit. deus aūt ſolus vere timendus eſt. quia vbiq̄ eſt. ⁊ vbiq̄ pꝛopter gloꝛiam vel penaꝫ Qui em̄ deum timet ſemp a peccato abſtinet: quare tandem regnū aſſequit celeſte. Timoꝛ em̄ paulū induxit ad fidem. xxiij. q. iiij. ſciſmatici. Agēs tamen bonū timoꝛe pene nō amoꝛe iuſticie. non deducitur a ſpiritu ſancto. xxviij. q. vi. ex his. Quotuplex aūt ſit timoꝛ vide in capitulo Eum qui de pꝛebendis in ſexto. in glo. ſup verbo foꝛmidine. vbi allegat gre-

goꝛium dicentem.ꝙ timoꝛ ſeruilis eſt in quo viuit amoꝛ peccādi.ꝛ ſeq̄-
retur actus niſi timeretur punitas ¶ Conſtrue(timeas dn̄m ꝛ re-
uerere).i.honoꝛa(ſimul p̄ cūctis).i.ante oīa(opus eſt).i.neceſſe ē(te
timere cuncta alia)a deo ſpc(ni).i.niſi(times dn̄m.nulla)ꝓ non ꝛ vlla
non(timeas vlla contraria.ſi metuis).i.times dn̄m(ſi quis).i.aliquis
(amat dominum reuerebitur ſemper ipm.Amoꝛ non eſt abſq̄ timoꝛe
moꝛe humano)amoꝛ inq̄(ſeruili ſibi.ſed reuerenti).i.honoꝛanti(ami-
cabiliter ſibi)deo(nō timeas hominem nec mundum tribulantem te.
ſed metue dominum,qui regnat ſemper vbiq̄.qui deus valet).i.poteſt
(ponere te in patria ſine gehenna.Cauebis ſꝑ peccare ſi metuis chri-
ſtum)id eſt dominum

De pietate ꝛ miſericoꝛdia.

Si vis gaudere miſeris ſemꝑ miſerere.
Si pius es miſeris.pietate dei potieris
Utilis eſt pietas plus q̄ terrena poteſtas:
Nemo poteſtate ſaluatur.ſed pietate

¶ Hec eſt decimatercia huius capituli pars.in qua determīat autoꝛ
de pietate ꝛ miſcdia dicēs.ꝙ ſi quis velit habere gaudiū celeſte debet
miſericoꝛs eſſe paupibus ꝛ miſerabilibus pſonis.q2 nō eſt dignus mi-
ſericoꝛdia qui nō facit miſcdiam.Quare dt xp̄s Luce.vi.Eſtote miſe
ricoꝛdes ſicut pater veſter celeſtis miſericoꝛs eſt.illis eēm ꝓmiſit de9 mi
ſericoꝛdiā Mathei.v.dicēs.Beati miſericoꝛdes qm̄ ipi miſericoꝛdiaꝫ
ꝯſequentur.Qui igitur pi9 ꝛ miſericoꝛs fuerit in hac vita regnū celoꝝ
ꝑ dei miſericoꝛdiā ꝯſequetur.Eſt ergo pietas ipa ſeu miſericoꝛdia vti
lioꝛ ptāte terrena.qm̄ nullus ſaluabitur ꝑ poteſtatē.ſed bn̄ ꝑ pietatem.
Pietas igitur ad oīa valet.ad Timotheū.iiij.Que pn̄tis ꝛ future vite
impetrat ſubſidium.vt dꝛ.lxij.di.hoſpitalitatem.vbi multa dicuntur
de pietate.igitur vide ibi¶ Conſtrue(miſerere ſꝑ miſeris ſi vis gau
dere.potieris).i.vteris(pietate dei.ſi es pius).i.miſericoꝛs(miſeris)
id eſt pauperibꝰ(pietas eſt vtilis plus q̄ poteſtas terrena.nemo ſalua-
tur poteſtate.ſed pietate)

De opibus miſericoꝛdie coꝛpalibus

Septem coꝛpoꝛea fac pauperibus pia facta
Paſce fameſcentes.pota nimium ſitientes.
Indue nudatos.redime de carcere captos.
Egros confoꝛta.peregrinos collige poꝛta
Defunctos ſepeli.ſic ſumes gaudia celi

¶ Hec eſt decimaq̄rta hui9 capli ꝑs.in q̄ tractat autoꝛ de opibꝰ miſe
ricoꝛdie coꝛpalibus dicēs.ꝙ quilibet xp̄ianus debet ꝓmereri vitaꝫ eter-
nam ꝑ ſeptem opa miſericoꝛdie paupibus exhibenda.videlicet dando
cibum ꝛ potum indigentibus.induendo nudos.ꝛ redimēdo captiuos
maxime xp̄ianos inter infideles exiſtentes.hoc eēm opus miſericoꝛdie.fe
liciſſimum eſt:ꝛ iure puilegiatum.ita videlicꝫ vt res ſacre deo dedicate

poſſint p tam pio opē alienari. vt Inſti. de rer. diuiſione. pagrapho. ſa/
cre res. ⁊ in le. ſancim⁹: C. de ſacroſanctis eccleſijs. Et meli⁹ in. c. aur
habet eccia. xij. q. ij. vbi dr textus. Illa ſunt vaſa pcioſa q̄ redimūt aīas
a morte. Inſup ꝯfortando ⁊ ꝯſolando infirmos. recipiendo pegrinos.
ſepeliendo mortuos plurimū meremur. Hmōi aūt opera miſcdie ſunt
ad ſalutē nccāria. qm̄ qui ea nō impleuerit in die iudicij a dn̄o reproba/
bit ⁊ cō demnabit. vt dr Mathei. xxv. Ite maledicti in ignē eternū. q̄a
eſuriui ⁊ nō dediſtis mihi manducare ⁊c. Quicūq ergo opa miſericor
die minime exercere cupit dum viuit. iam iudicat⁹ eſt diuina iuſticia cō
probante. vt ſup ¶ Conſtrue (Fac ſeptē pia facta corporea). i. ſep/
tē opera miſcdie (pauperib⁹) ſcz (paſce fameſcētes). i. eſuriētes (pota)
id eſt potū da (ſitiētes nimiū. indue). i. veſti (nudatos). i. nudos (redi/
me captos de carcere. ꝯforta egros). i. infirmos (collige). i. recipe (por/
ta). i. intra portam dom⁹ tue (pegrinos). i. paupes extraneos (ſepeli de
functos). i. mortuos. ⁊ (ſumes). i. accipies (ſic gaudia celi). i. padyſi

De operib⁹ miſericordie ſpiritualib⁹

Septem fac opera pia ſpiritualia dicta
Corrige peccantes. ac inſtrue pauca ſcientes
Conſule non doctis. exora pro tribulatis
Conforta meſtos. porta patiens oneroſos
Offenſas ſponte ledēti corde remitte

¶ Hec eſt decimaqnta ps hui⁹ capituli in q̄ tractat autor de ſeptē
operib⁹ miſcdie ſpūalib⁹. dicēs q ſeptē ſunt opa miſcdie que ſpūalia di/
cunt. ⁊ ad quas tenemur ſm poſſibilitatē noſtrā. videlicet corrigere pec
cātes. docere ignorātes. cōſulere inſipiētib⁹. orare p exiſtentib⁹ in tribu
latōe, cōſolari deſolatos. ſuſtine patiēter viros oneroſos. remittere faci/
le ex ꝓpria volūtate iniuriā ab alio factā. tam v̄balem q̄ corpalem. de q̄
bus operib⁹ vide Mathei. xxv. ¶ Conſtrue (fac ſeptē opa pia dic/
ta ſpūalia) ſcz (corrige peccātes). i. peccatores (ac inſtrue ſciētes pau/
ca. cōſule non doctis). i. ignorantibus (exora pro tribulatis. Conforta
meſtos) id eſt triſtes. Et tu exiſtens (patiens porta) id eſt tolera (one/
roſos). i. moleſtos (remitte). i. indulge (ſponte). i. libēter (offenſas) id ē
forefacta (ledenti corpus) ſpūtuum

De elemoſyna quib⁹ pdeſt ⁊ quādo debet fieri

Si tibi ſint multa ſtudeas dare multa frequēter
Si tibi ſit modicū. da iuxta poſſe libēter
Si nō ſufficias dare. ſit tibi prompta voluntas.
Si dare nō poteris. ſaltem pro velle mereris
Tempus confirmat. elemoſyna federa firmat
Chriſto conſiliat. dantes a crimine ſeruat.
Crimina mortificat. redimit. penamq3 relaxat
Grates conſeruat. miſeros ſempq3 viſitat

Omnia multiplicat bona. pro orantibus orat.
Demonis expugnat fraudes: a morteq; ſaluat
Prodeſt defunctis purganti carcere vnctis
Hic cui das munus ſit vel videatur egenus
Res (quam das) propria tibi ſit. criſtus tibi cauſa
Da bona dum tua ſunt. quia nunc data plus tibi proſunt
Quam ſi preberes cum non retinere valeres
Erras ſi ſperes q̄ te plus diligit heres
Sub terra poſitum: q̄ tu te plus diligas ipſum

Nec eſt. xvi. ps huius capli. in q̄ tractat autor de elemoſyna docēs q̄bus pdeſt ꝛ q̄n fieri debeat. Dicit igit̄. q̄ q̄ multa bona hȝ debet freq̄nter dare elemoſynā ꝛ abundant̄: q̄ vero parū hȝ libenter in paꝝ dare debet. q̄ aūt nihil hȝ debet ſaltē hebere voluntatē dandi. ſi ptātē haberet. ꝛ ſic ex tali velle ſiue ope meret̄. Elemoſyna em̄ multū ꝯmendat̄ in pluribꝫ locis ſacre ſcripture. ipſa em̄ ꝯfirmat tp̄s. Pnia em̄ ē fedus firmū recōſiliatōis pctōꝝ. pſeruat a pctō. mortificat crimina. tollit penā pctōrū grām ꝯſeruat. paupes ſuſtinet. oīa bona ſpūalia ꝛ corꝑalia multiplicat. orat p eo q̄ ea facit. repellit fraudes demonum. ꝛ ſaluat hoīeȝ a morte eterna. pdeſt plurimū defunct̄ carcere purgatorij detent̄. Faciēda eſt elemoſyna paupibꝫ ꝛ egenis. vel ſaltē his q̄ reputant̄ egeni cum ſint mendicātes. ꝛ res que dat̄ p elemoſyna debet eſſe ꝑpria ipius dant̄ Et cā donationis dȝ eſſe amor xp̄i primo ꝛ p̄ncipaliter. Itē multo melior eſt elemoſyna facta in vita cū bona ſt̄ in poteſtate. q̄ ſit illa q̄ iubet̄ ꝛ ordinat̄ ex teſtm̄to. vl' al's dari poſt mortē. Plerūq; etiā ꝯtingit. q̄ heredes nō integre ꝛ vniuerſalit̄ ꝑ ſingula ꝯplēt voluntatē defunctoꝝ poſt mortē. Quare multo melius eſt donare in vita q̄ relinq̄re veris heredibus donandū. Error em̄ maximꝰ eſt opinari heredē plus diligere teſtatorē q̄ ipemet teſtator ſeipm̄ diligat aut dilexerit cū viueret. Quid āt ſit elemoſina recolligi pōt ex dictis Salomonis. Elemoſyna eſt res ſācta agēs ꝟtutes. iungēs angelis ſepans. a demōibꝫ. murꝰ inexpugabil' Vel ſm̄ Thobiā Elemoſyna ē q̄ a morte ꝛ pctō liberat aīaȝ. ꝛ nō patit̄ ire in tenebras ¶ Cōſtrue (Si multa) sc bona tꝑalia (ſint tibi. ſtudeas dare freq̄nt̄ multa. Si modicū ſit tibi. da libent̄ iuxta poſſe. Si nō ſufficias dare) tunc (ꝓmpta volūtas ſit tibi. Si nō poteris dare. mereris ſaltē p velle) i. p bona volūtate (Elemoſynā ꝯfirmat tp̄s. firmat federa. ꝯſiliat dātes) elemoſynā (criſto mortificat crimina) i. pctā. ꝛ redimit crimina (q̄) p ꝛ (relaxat penā. ꝯſeruat grates) i. grām (q̄) p ꝛ (viſitat ſꝑ miſeros. multiplicat oīa bona) taȝ tꝑalia q̄ ſpūalia (orat p donantibꝫ ipam expugnat fraudes demonis (q̄) p ꝛ (ſalutat a morte) eterna (pdeſt defunct̄ vinctis) i. detent̄ (carcere purgāti) i. ī purgatorio (Hic) i. ille (cui das munus) i. elemoſynā (ſit vel videat̄) id ē appeat eē (egenꝰ) i. paup Res (quā das) ſit tua ꝑpria ꝛ (xp̄s ſit tibi cā) dandi (Da bona) tꝑalia (dū ſt̄ tu a. qr) bona (data nūc) i. in pn̄ti vita) proſunt tibi plus. q̄ ſi p̄beres cum non valeres retinere) ſ. in mor

te. Tu (erras ſi ſperes ꝙ heres diligit te ſub terra poſitum plus). id eſt magis (ꝙ̃ tu) ipſe (diligis teipſum)

De ſcientia ⁊ ignoꝛantia

Multi multa ſciunt. ⁊ ſe bene ſcire relinquūt
Temet cognoſce. dominum cognoſcere poſce
Tu melioꝛ fieres pꝛoꝛſus ſi te bene ſcires
Quam ſi negligeres te. ⁊ cetera coꝛde teneres
Diſcere ne ceſſes. ſi doctoꝛ maximus eſſes
Nam per doctrinam poteris vitare ruinam
Non curans ſcire merito quod ſcire tenetur
Si ſuper hoc erret excuſatus non habetur
Pꝛecipue regere qui debet ſiue docere
Eſt quaſi vile pecus ignorans. ⁊ quaſi cecus
Qui ducens cecum facit ipſum ſternere ſecum

Hec ē. xvij. ꝑs huiꝰ ca. in q̃ tractat autoꝛ de ſcīa ⁊ ignoꝛãtia dicens ꝙ multi ſtꝫ hoīes pl'a ſciētes ⁊ ſemetipōs ignoꝛantes. Cognitio ꝓo ſui ipius longe vtilioꝛ eſt q̃cūqꝫ alia cognitōe. Meliꝰ eſt eñ viro ſeipm̄ cognoſcere ꝙ̃ oīa alia a ſe cognoſcere. ⁊ ſe ipō ꝑtermiſſo. Quare nullus debet ceſſare quin ſemper aliquid diſcat ꝙ̃uis doctiſſimus fuerit. qꝛ doctrina ſcripturarum facit euadere ruinam eternam. Et qui in his que ſcire tenet̄ erraucrit cum ea ſcire potuerit non excuſat̄ a culpa. Ignoꝛãs eñ eſt ſicut brutū animal. veluti cecus. qđ valde vicioſum eſt in eis q̃ debent alios regere ⁊ docere. quibus neceſſaria eſt ſcīa. Eſt autē ſcientia noticia rerū cum cauſa pꝛobabili vel neceſſaria. Ignoꝛantia vero eſt defectus noticie eoꝛum que quis poteſt ⁊ tenet̄ ſcire ¶ Conſtrue (multi viri ſciunt multa. ⁊ relinquunt ſcire bene ſe). i. ſeipſos (Cognoſce temet). i. teipm̄ (⁊ poſce cognoſcere dñm. tu fieres melioꝛ ſi ſcires pꝛoꝛſus bene te. ꝙ̃ ſi negligeres te. ⁊ teneres). i. cognoſceres (cetera) ſᵉ a te (coꝛde. ne). ꝓ vt non (ceſſes dicere. etiam ſi eſſes maximus doctoꝛ. nã). ꝓ quia (poteris vitare ruinam per doctrinam) Et vir (non curans ſcire illud qđ tenetur ſcire. non habetur excuſatus ſi erret ſuper hoc. ignoꝛans eſt quaſi). i. ſicut (vile pecus). i. brutum animal (⁊ eſt quaſi cecus pꝛecipue). i. maxime ille (qui debet regere) id ē gubernare (ſiue) pꝛo vel (docere). i. infoꝛmare (cecus viſu). i. homo carens viſu (ducens cecum facit ipſum ſternere). i. cadere (ſecum)

De conſilio ⁊ de experientia

Omnia conſilia tua ſint in numine fixa
Te non pꝛecipitas. ſi conſilio domini ſtas
Conſilio tracta maturo pꝛopꝛia facta
Nam cito peccabis. quando nimis accelerabis
Conſule maioꝛes prudentes ⁊ ſenioꝛes
Ut non deficias. nec damnoſus tibi fias

Conſilium veruꝫ docet experientia ſenſus
Si defendendo cauſam ſumas vel agendo
Hoc fac conſulte. ne conſumas bona ſtulte

Hec eſt. xviij. ps huius capituli. in qua tractat autor de ꝯſilio ꝛ experientia dicens. ꝙ omnia conſilia noſtra debent eſſe fixa in deo. quia nūꝗ cadit conſilium in deo fixum. Quicunqꝫ igiť nimis cito ꝑperando ſine deliberato conſilio aliquid facit pleruͤqꝫ delinqt. Conſulendi ergo ſtꝫ maiores prudentes ꝛ meliores. ne quis in agendis deficiat ſeu damnū patiať. Uerum etiam conſilium trahiť ex experientia rerum. que maior eſt in ſenibus. quare ſenſus eoꝝ melior crebro eſt. Inſuꝑ ſi quis velit iudicio litigare ſiue reus fuerit ſiue actor debet pͥus iuriſpitos ꝯſulere. ne indebite ſua bona conſumat. quoniam iuris auſpicia ꝛ fines dubia ſtꝫ vt in capitulo Finem: de dolo ꝛ contumacia. extra. Quid aūt ſit ꝯſiliū ꝛ de eius ordine habetur per doctores in caplo Significaſti. de electione. in antiquis. Et in canone Synodus. xvij. diſt. ¶ Cōſtrue (omnia conſilia tua ſint fixa) id eſt poſita ſiue firmata (in numine). i. in ſolo deo (non precipitas te ſi ſtas conſilio dn̄i. Tracta facta ꝓpria conſilio maturo). i. deliberato (naꝫ). p qꝛ (peccabis cito quando accelerabis nimium. Conſule maiores prudentes ꝛ meliores. vt non deficias nec fiat tibi damnoſus. experientia rerum docet veꝝ ꝯſiliū. Experientia ſenſus amplior). i. maior eſt (in ſenibꝫ. Si ſumas cauſam defendēdo vel agēdo fac h̄ ꝯſulte (ne). p vt ꝛ nō ꝛ nō (conſūmamus ſtulte bona)

De intellectu

Tunc intellectus hominis conſtat bene rectus
Cum ſuper omne deum timet ac intelligit ipſum
Ac recte credit ꝛ iuſſibus eius obedit
Cur intellectum teneas in numine fixum
Sepe roges dominum. qui confert hoc tibi donum
Hunc non abſcondas in terra ſed bene condas
Ut tibi donatum reddas domino geminatum
Sic quoqꝫ laudaris a chriſto nec reproberis

Hec eſt. xix. huius capli pars. in qua tractat autor de intellectu dicens: ꝙ intellectus hoīs tunc rectus eſt ꝛ verꝰ cum deū intelligit ꝛ ſuꝑ oīa diligit. ac mandatis eius obedit nec non cū oīa (que ſunt fidei) firmiter credit. Igiť ponendꝰ eſt pͥmo intellectꝰ nr̄ ad deū quē rogare ſepe debemꝰ q̄m ipe ſolus ē q̄ tribuit intellectū veꝝ in oī re. nō aūt a deo datū intellectū debemꝰ abſcondere. ſed potius manifeſtare. vt ex tāto dono fructum dn̄o reportemꝰ: ꝛ ſic a xp̄o laudabimur nec reprobabimur ſed dicere poterimus. Dn̄e qnqꝫ talenta tradidiſti mihi. ecce alia qnqꝫ ſuplucratus ſum. Mat. xxv. Et ſic in nobis cōplebiť qd̄ in. pſ̄. dicitur intellectus bonus oibꝫ facientibꝫ eum: qꝛ deus intellectū dat paruulis ¶ Conſtrue (intellectus hominis conſtat tunc bene rectus cum ipſe timet deum ſuper omne) id eſt ante omnia (ac) pro et (cum intelligit ip-

ſum deũ (ac) ꝑ ⁊ credit ⁊ (obedit iuſſibꝰ). i. pceptꝫ (eiꝰ. cur). i. q̄re (teneſ/as intellectũ fixũ). i. fũdatũ (in numie). i. i deo (q̇ ꝯfert). i. dat (h̊ donũ tibi. nõ abſcõdas hũc). ſ. itellectũ (i fra. ſʒ ꝯdas). i. edifices (bñ vt reddas dño donatũ tibi gēinatũ. q̊ʒ). i. certe (lauderꝫ). i. laudaueris (ſic a xp̄o. nec), ꝑ ⁊ ⁊ non. ⁊ (nec reprobēris). i. non reprobaueris.

De ſapientia

Eſt immortalis ſapientia ſpiritualis
Quamuis mundana fertur ſapientia vana
Chriſtum diligere. ſemper omnia crimina flere
Mente deum gerere peccata futura cauere
Mundum deſpicere celeſtia corda tenere
Singula ſic ſapere ſicut ſunt ſic ⁊ hebere
Hec eſt ſincera mentis ſapientia vera
Exoptat ſupera ſapiens ⁊ gaudia vera
Deuitat ſcelera mundi contemnit ⁊ era
Optima diſcernit a prauis crimina cernit
Omnia vult agere conſulta recta tenere

¶ Hec eſt viceſima huiꝰ capl'i ps. in q̄ tractat autor de ſapīa dicens. ꝙ duplex eſt ſapiētia. ſ. ſpũalis ⁊ mũdana Spũalis eſt eterna ⁊ imortalis mũdana eſt fragilis ⁊ vana. Uera aũt ſapīa eſt deũ diligere pctā plorare. ſꝑ deũ p̄ oculis habere. pctā fugare mundũ ꝯtemnere celeſtia diligere. ⁊ ea ꝯtemplare ⁊ deſiderare vbi vera ſunt gaudia vitare crimina et bona terrena deſpicere. Sapiēs em̄ bñ ſcit diſtiguere bona a mal'ſ diſcernēs crimīa nec itendit ī ea. Que recta ſtꝫ tenet. ⁊ oīa fac̄ cũ ſilētio vñ ſapīa eſt habitꝰ ſupnaturalis aīe a ſpũ ſctõ infuſus ad deũ ꝯgnoſcēdũ ⁊ ſapore diligendũ. Iõ ſapīa recte dicta ē ſapida ſcīa ſ'm yſid. li. ethiologiaꝝ. ¶ Cõſtrue (Sapīa ē ſpũal' ⁊ imortal' ꝙuis ſapīa mũdana fertur). i. dr̄ (vana. diligere xp̄m ſuꝑ oīa. flere crimina. gerere deũ mēte. cauere pctā futura. deſpicere mundũ. tenere corde celeſtia ⁊ ſaꝑe). i. intelligere ſic ſingula. ⁊ habere) ea (ſicut ſtꝫ. hec eſt vera ſapīa mentis ⁊ ſincere Sapiēs exoptat). i. valde optat (ſupera (⁊ vera gaudia) ſapiēs (deuitat ſcelera mũdi. ⁊ ꝯtemnit era mũdi). i. pecunias. Sapiēs (diſcernit) i. diuidit (optima a prauis. cernit omnia) ſapiens (vult agere conſulte omnia) ⁊ (tenere recta)

De paupertate

Paupertas grata virtus eſt magnificata
Cui ſunt collata regna celorum beata
Pauperies leta ſtat multa laude repleta
Cor leuat ad chriſtum. quia mundum non amat iſtum
Spernit terrena. paradiſi ſperat amena
Paruo contenta patiens non eſt violenta

Quāuis induta male ſit ſtat libera tuta
Nemo dico lete viuit ſine lite quiete
Vix aliquem ledit. humilem mētem quoq̧ reddit
Carnem compeſcit. quia nō bn̄ paſta macreſcit
Munere ditatur diuino. fine beatur.
Eſt humilis talis pauper ſic ſpiritualis
Nam nō inflatur. quare ſuper aſtra leuatur

¶ Hec eſt viceſimaꝑma hui⁹ capl'i ꝑs. in q̄ tractat autoꝛ de paupertate dicēs. ꝙ pauꝑtas eſt magna ꝟtus deo multū grata. qꝛ elegit pauperes ſibi parētes. ſ. apl'os vt voluit pauꝑ appere Math. ix. Vulpes foueas hn̄t ⁊c̄. filius hoīs nō hꝫ vbi caput ſuū reclinet. pauꝑibꝫ em̄ dedit xp̄s regnū celeſte Math. v. Bt̄i pauꝑes ſpū q̄m ipſoꝝ ē regnū celorū Laudabil' eſt pauꝑtas. ſi leta ⁊ iocunda ſit. nam facile pauꝑ eleuatur in deū. eo ꝙ nō diligit mūdū iſtum. ⁊ ſpernit terrena ſperās hr̄e celeſtia Pauꝑ eſt ꝯtentus modica re. nemini infert violētiā. qꝛ patiēs eſt. Pauper libertatē ſecurā hꝫ. q̄uis aduerſus eū ſint aliq̄n iudicia ſeu ꝑtes federis. Pauꝑ letus q̇etus viuit ſine lite. humil' eſt. ⁊ aduerſus neminem inſurgit. carnē ſuā domat viuēs tenue. ſed diuitie illius ſunt mun⁹ glorie dei. in q̄ ſperat beatificari. Pauꝑ in xp̄o (qui dꝛ ſpūalis) ſꝑ eſt humil'. quare tandē a deo exaltat̄. Qui exaltat humiles Luce. i. Notandū tn̄ ꝙ triplex eſt pauꝑtas. Prima eſt coacta ⁊ nccītate inducta in his q̄ vellent diuites eſſe ſꝫ nō poſſunt. Alia eſt ficta. vt in ypocritis q̄ fingunt ſe pauꝑes. vt aliquid eis det̄. Tercia eſt vera volūtaria ⁊ ſpūalis paupertas de q̄ hic loquit̄ ¶ Conſtrue (pauꝑtas ḡta eſt ꝟtus magnificata) id eſt mag̃. cui pauꝑtati (regna celoꝝ btā ſtꝫ collata). i. data (pauperies). i. pauꝑtas (leta ſtat repleta ml'ta laude. leuat coꝛ ad xp̄ꝫ. q̄ nō amat iſtū mūdū. ſpernit terrena. ſperat amena). i. delectabilia ꝑadyſi (pauꝑtas eſt contēta ꝑuo: et non eſt violēta q̄uis induta ſit male. ſtat tn̄ libera) et (tuta. dico) ꝙ (nemo viuit lete ſine q̇ete) ⁊ cuꝫ (lite pauꝑ ledit vix aliquē. quoq̧) ꝓ ⁊ (pauꝑtas reddit mētē humilē. cōpeſcit carnē. qꝛ caro nō bn̄ paſta). i. nutrita (macreſcit. paupertas ditat̄ munere diuino ⁊ beat̄). i. beatificat̄ (fine talis pauꝑ) qui (eſt ſic ſpūalis eſt humil'. nā) ꝓ qꝛ. qꝛ (nō inflatur. quare leuatur ſuꝑ aſtra)

De humilitate.

Sis humilis mente. verbis factis retinens te
Sis humilis geſtu. ſemꝑ meditando quis es tu
Nullum contemnas. ſed te. mūdum quoq̧ ſpernas
Sperne teq̧ ſperni. noli laudatus haberi
His gradibus quinq̧ referes humilis bona vite.
Quanto dignioꝛ es humilis potius foꝛe debes
Qui nō eſt humilis confundetur quaſi vilis
Cerne quid es quid eris. humilis ſic efficieris.

Vile cadauer eris. hoc ergo frequēs mediteris.
Subdi maiori decet equali minoriq;
Sic humiles grati chriſto ſunt aſſociati

¶ Hec eſt viceſimaſecunda huius capituli pars. in qua determiat autor de hūilitate dicēs. ꝙ humilitas (quā quiſq; debet hr̄e) ꝯſiſtit in mēte. verbis. factis. ⁊ geſtu. que ꝓuenit cū q̄s meditat̄ quid ⁊ qualis eſt. ⁊ ſic in ſe reſpiciēdo nullā inuenit ſupbie occaſionē. humilis enī neminem ſpernit ꝑter ſeipm ⁊ mūdū. nec tn̄ ab alijs vult ſperni vl' laudari Et iſti ſūt quinq; gradus humilitatis ꝑ quos vita efficit̄ bona. Nā hoīes maioris dignitatis debēt eſſe maioris humilitatis. qm̄ ſupbus oīs reputat̄ vilis. ⁊ oībus eſt odioſus. humilitas aūt ꝓuenit cū quis attēdit q̄s eſt. quid erit. ꝙ vile cadauer vnuſq̄ſq; noſtrum erit Frequēter igit̄ debemus verſari in his. q2 reuocāt nos a peccatis. Inſup ver⁹ humilis ſubijcit ſe maioribꝫ ſuis equalibꝫ ⁊ minoribꝫ ſibi. ſm̄ ꝑceptū beati petri prima petri. ij. Subditi eſtote oīm humane creature ꝓpter deū. humiles ḡ ſunt oībꝫ amabiles ⁊ deo maxime grati. quare xp̄o tādem in patria aſſocian̄t. Aduertendū tn̄ ꝙ duplex eſt humilitas. ſ. ficta. de qua dicitur Eccleſiaſtici. xix. Eſt qui neq̄ter humiliat ſe. ⁊ interiora eius plena ſūt dolo. Alia eſt vera. de q̄ hic loquit̄. ⁊ eſt amor dei vſq; ad ꝯtemptū ſui et mūdi ¶ Conſtrue (Sis humilis mēte retinēs) .i. cuſtodiēs (te vbis ⁊ factis. ſis humilis geſtu corꝑis. meditando ſemꝑ quis tu es nullum) ꝑ nō ⁊ vllum. nō (contempnas vllum. ſed ſpernas te. quoq;) pro et (mūdum q;) ꝑ ⁊ (ſperne te ſperni. noli haberi laudatus) tu ſpc (humilis referes bona vite his quinq; gradibꝫ; debes potius fore humilis qn̄ es dignior) ille ſpc (qui non eſt humilis confunditur quaſi vilis Cerne quid es. quid eris. efficieris ſic humilis. eris vile cadauer. ergo mediteris frequens) id eſt frequēter (hoc docet ſubdi maiori. q;) ꝑ et (equali) et (minori humiles grati ſunt aſſociati ſic xp̄o)

De mititate ⁊ manſuetudine

Sis animo mitis vt odorem des quaſi vitis
Eſto manſuetus ac ſimplex atq; quietus.
Hec faciunt hominem domino ſimilemq; placentem
Non reddas prauis malefacta. ſed eſto ſuauis
Hoc tibi dat meritum. deus autem punit iniquum
Cum magis es dignus debes magis eē benignus
Nanq; ſit indignus domini pietate malignus

¶ Hec eſt viceſimatercia hui⁹ capituli ꝑs. in q̄ tractat autor de mititate ⁊ māſuetudine dicēs. ꝙ ꝑ mititatē animi efficitur hō in conſpectu dei ⁊ viroꝝ velut odor vitis qui valde placidus eſt ꝑ māſuetudinē vero eſt homo ſimplex ⁊ pacificus. ⁊ ꝑ hec omnia efficitur homo ſolers ac placens deo. Manſuetus vero ⁊ mitis non curat aliorū malefacta ad animū reuocare vindicādo ſe. ſ; ſuauis eſt. ⁊ inde magnū acq̄rit meritū de⁹ enī punit oēm iniquū. Maioris etiā dignitatis hoīes dn̄t eē benigniores. qm̄ ſi maligni forēt. indignos dei miſcdia ſe facerēt. q2 nō ē dignus miſcdia qui eā nō fecerit. ideo xp̄s dicit Mathei. xviij. Nunquid

oportuit te miſereri ꝯſerui tui. ſicut et ego tui miſert⁹ ſū Mititas ſeu mā
ſuetudo eſt modeſti animi trāqllitas. q̄ nulla rerum agitatione turbať.
¶ Conſtrue (ſis mitis aio. vt des odorē deo q̄ſi vitis ⁊ manſuetus
ac) ꝑ et (ſimplex. atq̃) ꝑ et (q̄etus. hec faciūt hoīem ſilem deo. q̃) pro
et (placentē) ſᶜ tu (nō reddas ꝑuis). i. malis (malefacta. ſʒ eſto ſuauis
hoc) ſᶜ factū (dat tibi meritū. aut). i. certe (de⁹ punit iniquuʒ). i. pctm̄
ſpᶜ tu (debes eſſe magis benign⁹. cū) pro qn̄ (es magis dign⁹) ſcʒ hono
re (nam) ꝑ q₂ (malignus fit indignus pietate dn̄i)

De fletu

Si vis ſaluari. debes primo lachrimari
Qui bene plorabit deus ipſum letificabit
Fle pro peccatis. ⁊ pro miſeris tribulatis.
Pro deſiderio paradyſi flere memento.
Si nō das lachrymas. ipſas optando gemiſcās
Cum de corde venit dominum mox lachryma lenit.
Mentem letificant lachryme. peccamina purgāt.
Et chriſtum placant. paradyſi gaudia donant.

¶ Hec eſt viceſimaqrta hui⁹ capituli ꝑs. in q̄ tractat autor de fletu di
cēs. q̄ vult ſaluari dʒ hic deplorare pctā ſua que ꝯmiſit. vt dicat cū ſapi
ente. ſilem vocē hoib⁹ emiſit plorās. Promiſit eñ de⁹ ꝯſolatōem lugen
tibus. Mathei. v. Btī qui lugēt qm̄ ipi ꝯſolabunť. Plorandū igiť eſt
ꝓpter multa. Primo ꝑ peccatis ⁊ tribulatōe miſeroꝝ. vt dt apl's ad ga
lathas. xi. Quis infirmať ⁊ ego nō infirmoꝛ. qs ſcādaliſať ⁊ ego nō vroꝛ
Itē plorādū eſt ꝑ deſiderio ꝑadyſi a q̄ vita pn̄ti liberati ſum⁹. ſicut dice
bat apl's ad Rho. vij. Infelix ego qs me liberabit a corꝑe mortis hui⁹
cupio diſſolui ⁊ eē cū xpo. Lachryma etiā pacificat xpʒ qn̄ a corde bono
ꝓcedit. quā qs nō pt hr̄e. dʒ tn̄ in corde gemit⁹ hr̄e. nā lachryme faciūt
mentē hois letā. purgāt pctā. pacificāt xp̄m donāt ꝑadyſum: Aduer
tēdū tn̄ ꝙ eſt qdā flet⁹ deceptōis. vt ait Ouidi⁹ de mulierib⁹ dicēs Ut
flerēt ocl'os erudiere ſuos. Ali⁹ eſt flet⁹ indebite ꝯpaſſiōis. de q̄ dt Au.
ꝙ ipe cogebať plorare dydonis mortē. q̄ ſe occidit ob amorē Ali⁹ ē fle
tus deuotōnis. de q̄ dr. p̄s. vi. Lauabo ꝑ ſingulas noctes lectū meū la
chrymis ⁊c. ¶ Conſtrue. ſᶜ tu (debes lachrymari p̄mo ſi vis ſalua
ri. de⁹ letificabit ipm) ſᶜ hoīem (q̄ bn̄ plorabit. fle). i. plora (ꝑ peccatis)
ſcʒ tuis (⁊ ꝑ miſeris tribulatis) et (memēto flere ꝑ deſiderio ꝑadyſi) ſᶜ
tu (ſi nō des lachrymas gemiſcas optādo ipas Lachryma lenit mox)
id ē ſtatim (dn̄m. cū venit. lachrime purgāt peccamia. letificāt mentē
et placāt xp̄m. ⁊ donāt gaudia ꝑadyſi)

De virginitate ⁊ caſtitate.

Sis mundus corde verbis factis ſine ſorde
vt dominum vere poſſis ſuper aſtra videre
Mundicie vitam virgo tenet ⁊ benedictam.
Dicitur angelicus merito vir virgo pudicus

Virginitas flores virtutum fert ⁊ odores
Humanos mores tranſcendit. ⁊ auget honores
Propter maiores mundanos ſpernit amores
Si virgo non ſis. caſtus tamen eſſe teneris
Cuiuſcunqꝫ ſtatus quis ſit debꝫ fore caſtus
Si non ſit caſtus nemo poterit fieri ſanctus
Non ſunt fedati. ſed mundo corde beati

¶ Hec eſt viceſimaquinta ps hui⁹ capituli. in q̄ tractat autor de virginitate ⁊ caſtitate dicēs. Qui vult deū videre in terrena beatitudine debet ſe ab omi ſorde cauere. ⁊ mūdiciam cordis ꝟbis ⁊ factis tenere. Ille em̄ dr vir angelic⁹ ⁊ bn̄dictus q̄ virgo eſt. qm̄ virginitas eſt flos virtutum ⁊ odor omniū morum humanoꝝ. ſupat em̄ honores. quos etiā auget. ſpernit em̄ virgo mūdanos honores. q2 ſperat maiores. ſ. celeſtes. Tenemur em̄ omēs ad caſtitatem. licet nō habeamus ꝟginitatem. qm̄ nemo ſaluabit ſine caſtitate. que pt etiā inter ꝯiugatos obſeruari. vt in ca. nicena. xxxi. di. Beati etiā ſtꝫ ſaluati omi labe corpis ⁊ anime mūdati. Mūdicia vero eſt vtriuſqꝫ hoīs integritas diuini amori intuitu obſeruata. nō ad vanā gloriā. de qua xp̄s. Mathei. xxiij. Ve vobis ſcribis ⁊ phariſeis qui mūdatis quod de foris eſt. intus aūt pleni eſtis rapina ⁊ immūdicia ¶ Cōſtrue (ſis mūdus corde verbis ⁊ factis) et ſis (ſine ſorde). i. macula (vt poſſis videre dn̄m ſup aſtra. virgo tenet vitā mūdicie ⁊ bn̄dictā. vir pudicus). i. caſtus. ⁊ (virgo dr merito angelicus. virginitas fert). i. portat (flores virtutum ⁊ odores) s^e virginitas (trāſcēdit mores hūanos. ⁊ auget honores) ſp^e ꝟginitas (ſpernit amores mūdanos. ꝓter maiores) ſp^e amores (Si nō ſis virgo tn̄ teneris eſſe caſtus. quis). i. aliquis (debet eē caſtus cuiuſcunqꝫ ſtatus ſit. nemo poterit fore). i. eſſe (ſanctus ſi nō ſit caſtus. beati nō ſunt fedati). i. maculati (ſed ſunt mundi corde)

De pace

Eſto pacificus ⁊ pacis ſemp amicus
Cum cunctis pacem teneris habere tenacem
Chriſtus pacificus dixit ſermone beatus
Naſcens portauit pacem. moriens reparauit
Surgens induxit pacem. teſtando reliquit
Conſerua triplicem chriſto fratri tibi pacem
Hoſtes pacifica. feda prudenter iniqua
Pax confert letam vitam. mentemqꝫ quietem
Cedat rancores. fouet ⁊ augmentat honores

¶ Hec eſt viceſimaſexta ps hui⁹ capituli. in qua tractat autor de pace dicēs. ꝙ exemplo xp̄i debemus eſſe pacifici ⁊ pacis amici cum omnibus ⁊ ſemper. Nam vir pacificus habet benedictōem a chriſto ⁊ beatitudinē. vt dr Mathei. v. Beati pacifici Chriſtus em̄ in ſua natiuita

te pacem mūdo ꝯtulit. ꝛ ſua morte pacē reparauit. ſua reſurrexione pa-
cem induxit. ꝛ in ſuo teſtamēto diſcipulis pacē reliquit dicēs. Pacē me-
am do vobis. Triplicē aūt pacē habere tenemur. ſcȝ cū xp̄o. cū fratre px
imo. ꝛ cū nobiſipſis in ꝯſcientia. Prudēter aūt debemus nobis hoſtes
noſtros pacificare. feda ꝛ iniqua reliquētes. Uita eīm pacifica iocunda
eſt ꝛ quieta. tollit rācores. ꝛ auget atqȝ nutrit honores. Nota ꝙ ſm cō
pendiū theologie pax eſt ſtatꝰ ꝟtutis in quo eſt delectatio in deo ſine cō
tradictōe carnis mūdi ꝛ dyaboli. iō pacifici q̄ntum ad opera exteriora
deo magis approximāt ꝙ̄ miſericordes. ꝛ ideo filij dei vocāt̄ ¶ Cō-
ſtrue (Eſto). i. ſis (pacificus) ꝛ eſto (ſemꝑ amicus pacis) ſpᶜ tu (tene-
ris habere pacē tenacem. i. firmā (cū cunctis) ſpᵉ hoīb) (xp̄s dixit) sᶜ il
le qui eſt (ſermone pacificꝰ eſt beatus) sᶜ xp̄us (naſcēs portauit pacē. ꝛ
reliq̄t eā teſtādo). i. in teſtamēto (Cōſerua triplicē pacē) ſcȝ (xp̄o. fra-
tri. ꝛ tibi. pacifica hoſtes prudenter) ꝛ (feda iniqua: Pax cōfert). i. dat
(vitā letā. qȝ) ꝑ et (mentē quietā) sᶜ pax (cedat). i. pacificat (rācores)
id eſt lites. ꝛ (fouet ꝛ augmētat honores)

De patientia

Uir patiēs eſto: nūq̄ȝ ſis corde moleſto
Nemo ſui dominus fertur patiēs niſi verus
Seruat prudenter animam viuēs patienter
Nam flores cunctorum fert ſapiētia morum
Fert mala cum pauſa. nemo patitur ſine cauſa
Quāuis hic multa patiatur homo ſine culpa
Hic homo torquetur. vt ſic patiendo probetur
Ut mens purgetur. vt premia plura lucretur
Ne ſublimetur. vt chriſto gloria detur
Ut preſeruetur ne perpetuo crucietur
Ut mala prudēter tua portes ꝛ patienter
Inſpice maiores aliorum ſepe dolores

¶ Hec eſt viceſimaſeptima huiꝰ capl'i ꝑs. in q̄ tractat autor de patiē-
tia. dicēs ꝙ nullus eſt dn̄s ſui ꝓprius niſi ſit vere patiēs. ꝛ q̄ patiēter viuit
prudēter vitā ꝯſeruat. nā patiētia eſt flos oīm virtutū. Igit̄ patiēter ſu
ſtinere debemus mala q̄ nos h̄ premūt. attēdentes ꝙ nihil patimur ſi-
ne cā. licet bn̄ aliq̄n patiat̄ aliqs ſine culpa. nā torquet̄ aliq̄n hō vt ꝓbet̄
a xp̄o ꝑ patientiā. aliq̄n vero vt mēs ꝛ cogitatio eius purget̄. q̄nȝ etiam
vt plus mereatur ꝑ virtutē patiētie. etiā vt nō ſupbiat. ſȝ dei gl'am que
rat. ꝛ vt p̄ſeruetur a pena eterna. Prudēter g̃ ſuſtinere debemus tribu-
latōes noſtras. ꝛ patiēter aſpiciēdo ꝓximoꝝ noſtroꝝ maiores tribula-
tōes. Nota ꝙ patiētia eſt virtus eq̄nimiter portās ꝯtumelias ꝛ aduer
ſitates. de q̄ dꝛ xp̄s Lu. iij. In patiētia veſtra poſſidebitis aīas veſtras
¶ Cōſtrue (eſto). i. ſis (vir patiēs. nunq̄ȝ) ꝑ nō ꝛ vnq̄ȝ nō (ſis cor-
de moleſto. nemo fert̄). i. dꝛ (verus dn̄s ſui niſi patiēs) sᶜ vir (viuēs pa
tiēter ſeruat prudēter aīam. nā) ꝑ q2 (patiētia fert̄). i. dꝛ (flos cūctoꝝ

¶ Hec eſt quinquageſimaq̄nta huius capituli pars. in qua autor tractat de guſtu dicens. q ſumma cum diligentia guſtum noſtrum et ipſius concupiſcentiam artare atq̄ vincendo frenare debem⁹. cuius laſciuiam ſectantes ſi illius habenas laxauerimus. multa incommoda reportabim⁹. tum primo nimiū ventrem grauando. tum ſecūdo ſobrietatem ⁊ alias illi annexas virtutes. necnon inſuper omnem rerum profectum extinguendo. nec ergo incitanti parendū eſt guſtui. ſed peſſundādus per omnia venit non quantū ad vite neceſſitatez facit. hi etem̄ ſenſus noſtre carnis om̄es eius more ad mala prona ſūt. ⁊ laſciuire carnis ſimilitudine querūt. ſed in viro prudente rationem eoꝝ diurnā atq̄ regulam vniuerſalem habent que prohibet eoꝛuz incentiuum. ne facilitas venie occaſionem prebeat delinq̄ndi. vt habet in caplo. vt clericoꝝ mores. de vita ⁊ honeſtate clericoꝝ. ¶ Conſtrue (ſtringe guſtum tuū. qui vult conſumere multū guſtare ſepe plurima vult grauare ſepe ventrē. nūq̄) pro non ⁊ vnq̄ (non proficieris) id eſt nō ꝓficies vnq̄ (bene ſi ſeq̄ris guſtū. non efficieris ſobrius ſi credideris tibi)

De tactu

Sic compeſce manus ne tactus ſit tibi vanus
Tangens immunda manus. ex hoc eſt male munda
Ut vites penas res nō tangas alienas
Non aliquid tangas male pro quo poſtea plangas

Hec eſt q̄nquageſimaſexta hui⁹ capl̄i pars. in qua autor tractat de tactu dicens. q nihil tangere debem⁹ quod ſit immundū ſeu inhoneſtū tam in nobis q̄ in aliꝭs. Item nihil alienū tangere furti cauſa alia in iuſta occaſione debem⁹. ⁊ generaliter ab omni tactu illicito ⁊ rei illicite abſtinendū eſt. vt prophani ac tactu rerum ſacraꝝ. al's culpa nobis eſt ꝓ qua in poſterū plangendū eſt. Tangere enim immundū eſt conſentire peccatis. vt dicit᷑. xij. queſtione tercia in caplo. recedite. Cōſtrue (cōpeſce) id ē conſtringe (ſic manus) ſupple tuas (ne) pro vt ⁊ non. vt non

ſit (tactus) ſupple tuus (tibi vanus) id eſt inanis (manus tangens im munda) id eſt inhoneſta (ex hoc) ſupple facto (eſt male munda) ſcilicet manus (non tangas res alienas) ſcilicet non tuas (vt vites penas) et (non tangas aliquid) id eſt aliquam rem (pro quo poſtea) id eſt impoſterum (plangas) id eſt conqraris.

De inceſſu.

Sicq; pedes cohibe. ne vadant mala prompte
Non ad rixandum vadant. nec damnificandum
Non ad cernendum varias res. nec rapiendum
Ad dominū greſſus diſpone tuoſq; regreſſus
Et quia de facili. nequiunt aſſueta relinqui
Non ſumas vſum. qui gignere poſſit abuſum

¶ Hec eſt quinquageſimaſeptima huius capituli pars. in qua tractat autor de inceſſu dicens. q greſſus atq; regreſſus noſtros in deum maxime debem⁹ ordinare. vt videlicet aſſueſcamus ire ad loca ſancta et honeſta et virtutū inductiua. ſcientiarū etiam diſciplinarum oſtenſiua. ne ad loca iſtis contraria conſuetudinem inducam⁹. ſed pedes noſtros penit⁹ cohibeam⁹. ne ad aliqua audienda. atuero ſaltem ad illa videnda q̄ mala ſint nos conducāt. rixas fugiam⁹. vana ne videamus. damna aut rapinas cuiq; ne inferam⁹ Sint igit pedes et affectiones noſtre ad ſolum deum principaliter tendentes. per quos affictiones humane deſignātur que poſtremo relictis alijs priorib⁹ malis remanent in nobis ideo oportet eas deponere quādo ſunt nimiū fixe terrenis voluptatib⁹ quod voluit intelligere chriſtus cū dixit. Qui lotus eſt non indiget niſi vt pedes lauet id eſt malas affectiones tollat. Et hec fuit ratio quare chriſt⁹ lauit pedes diſcipulorum ſuorum et non man⁹. vt dicit Johānis decimotercio ¶ Cōſtrue (q;) pro et (cohibe) id eſt prohibe (ſic pedes. ne) pro vt et non (vadāt prompte ad mala. Non diſpone greſſus tuos ad dn̄m. q;) p et (tuos regreſſus. et nō aſſumas vſum) .i. cōſuetudinē. q̄ poſſit gignere abuſum. q2 aſſueta nequnt relinq de facili

De honeſtate vite

Sit tua mens munda ſemper meditatio ſancta
Actio ſit iuſta. necnon intentio recta
Commoda ſint verba. ſit conuerſatio grata
Sit placidus geſtus. greſſus maturus honeſtus
Congrua ſit veſtis ſocijs ſocieris honeſtis
Compoſitos mores habeas laudabiliores

¶ Hec eſt quinquageſimaoctaua pars huius capituli. in qua tractat autor de honeſtate vite dicens. q hec eſt vera vite huius decentia ſeu honeſtas. videlicet vt purgata omni labe crimini anima noſtra ſit pura

atq₃ munda ab omni macula in dei ⁊ hominū conſpectu meditatio ſit ſancta. actio iuſta. intentio recta propter deū ſcilicet aut aliquod in deum tendens. verba audientib⁹ ſint vtilia non ſcandaloſa ⁊ tota conuerſatio hominib⁹ grata. geſtus placitus. inceſſus vero maturus ⁊ grauis ſm perſone ſtatum. veſtimenta ſint profeſſioni atq₃ vocationi conuenientia. Societas cum (qua habetur conuerſatio) ſit honeſta. mores et actus ſint bene compoſiti ſeu ordinati. vt laudabili⁹ fieri poterit. ne quid fiat minus in ea in qua quis conuerſatur vita qđ per Therentiū laudadabile cenſendū eſt. inqt enim in andria. nā id arbitror apprime in vita eſſe vtile. vt ne quid nimis ¶ Conſtrue (Tua mens ſit mūda meditatio ſit ſemper ſancta. actio) id eſt operatio (ſit iuſta. necnon) id eſt etiā (intentio) ſit (recta verba ſint cōmoda) id eſt vtilia. Cōuerſatio ſit grata guſtus placitus. greſſus ſit matur⁹ ⁊ honeſtus. veſtis ſit cōgrua. societis ſocijs honeſtis. habeas mores cōpoſitas ⁊ laudabiliores.

Quomodo trahendum eſt bonum exemplum ab omnibus

Inſpice maiores mediocres atq₃ minores
Collige ſic flores virtutum commodiores
Cum quibus orneris ſalueris ⁊ auxilieris
Sis bene moroſus. ⁊ ad impia facta moroſus
Nobilitas morum plus prodeſt q̄₃ genitorum

¶ Hec eſt quinquageſimanona huius capituli pars. in qua autor tractat quomodo trahendum eſt bonum exemplum ab omnibus dicens. q̄ is qui deſiderat ſibi optimas cōparare virtutes facile hoc poterit ſi mores maio₄ medio₄um atq₃ mino₄ conſiderauerit ⁊ ex his qđ ē cōuenientius decentius atq₃ honeſtius ſibi appropriauerit. vt ornatior ⁊ ſaluti ex eoru₃ auxilio proximior fiat hinc em̄ nobilis et moroſus dicit̃ q₂ nobilitas ſola eſt que animum morib⁹ ornat. Non autem ea que ex parentibus trahitur. moroſus inſuper a morum multitudine dictus. cui⁹ media breuis eſt. Itē moroſus dicit̃ a mora cui⁹ media longa eſt. quoniam virtuoſus omnis tardus eſt ad malum perpetrādum. Unde prima iacobi primo dicit̃ Sit aūt omnis homo velox ad audiendū. tard⁹ ad loquendum ⁊ tardus ad iram. ¶ Conſtrue (inſpice maiores mediocres atq₃) pro ēt (minores collige ſic flores virtutum commodiores. cum quibus virtutibus orneris ⁊ auxilieris ſis bene moroſus) id ē virtuoſus (et ſis moroſus) id eſt tardus (ad facta impia) id eſt mala (nobilitas morum prodeſt pluſq̄₃ genitorum.)

De modo viuendi ⁊ conuerſandi

Sis bene diſcretus inter conuiuia letus
Tunc parce comede. mage parce pocula ſume
Ac parce loquere: ſocios large reuerere
Non ſis ad riſum pronus. niſi ſit tibi viſum
Ut bene conueniat ⁊ honeſte tibi fiat

Hunc homo deridet: qui multum vel cito ridet
Nõ diſcurrendo procedas vel ſaliendo
Non vadas nocte. vel ſaltem eas bene docte
Si poſſis tende ſociatus ſemper honeſte
Signa mali fugias. ne ſuſpectus tibi fias
A praua ſpecie debet ſe quiſqꝫ cauere

¶ Hec eſt ſexageſima huius capituli pars. in qua tractat autor de modo viuendi ⁊ conuerſandi dicẽs. ꝙ magna debet haberi diſcretio ad honeſte conuerſandũ. ⁊ maxime conuiuijs vbi plerũqꝫ aggregant̃ bene et male morati id eſt compoſiti moribus atqꝫ diſſoluti inter quos ſatis eſt difficile diſtinctionis menſuram debite obſeruare. Que menſura ipſa eſt. vt videlicet moderate cibum atqꝫ moderatius potum ſibi quiſqꝫ ſumat. Et vt parum loquatur. plurimũ vero alios reueret̃. modeſte rideat ſi occaſio ſe offerat. a vino penit⁹ abſtineat. ne ceteris ludibrio fiat aut nimia notetur leuitate. Inſuper conuerſationem honeſtam vt non diſcurrat per vicos ⁊ plateas ſaltando aut preter modum ambulando maxime nocte. quod ſi neceſſitas preſtiterit. fiat dum ſocietate decenti ad tollendum omnem malam ſuſpitionem. Quoniã a mali ſpecie precepit apl's abſtinere. vt in capitulo. Cum ab omni. de vita ⁊ honeſtate clericoꝝ. Sapiens enĩ ſuos mores trahit a ſapientioribꝫ antiquis. vt dicitur eccle. xxxix. Sapientiam omniũ antiquoꝝ exquirit ſapiens

¶ Conſtrue (ſis bene diſcretus. ſis letus inter conuiuia. comede tunc parce. ſume mage parce poculũ. ac) pro et (loquere parce reuerere.) id ẽ honora (large ſocios. non ſis pronus ad riſum niſi viſum ſit tibi ꝙ conueniat bene. ⁊ fiat tunc honeſte tibi) id eſt a te (homo deridet hũc qui ridet multum vel cito. non procedas) id eſt non eas (diſcurrendo vel ſaliendo. non vadas nocte vel ſaltē eas bene docte tende) id eſt vade (ſociatus honeſte ſi poſſis. fugias ſigna mali. ne) pro vt ⁊ non. vt nõ (fias ſuſpectus tibi. quiſqꝫ debet ſibi cauere a ſpecie praua)

Quõ fugienda ſunt mala conſortia

Non habeas ſocios ſtultos. ſed dogmate plenos
Cum ſanctis habita. que ſunt puerilia vita
Elige doctorem qui te reddat meliorem
Elige conſortem. qui ſanctam det tibi ſortem
Qui bene vult agere viliaqꝫ facta cauere
Prauorum fugere debet cõſortia vere
Si ſanctos ſequeris ſanctus ſic efficieris
Sed peruerteris ſi puerſos comiteris
Pomum corruptum cito corrumpit ſibi nuptum
Omnia contacta denigrat pix calefacta
Sic maculat cunctos prauus ſocios ſibi iunctos

¶ Hec eſt ſexageſimaprima huius capituli pars. in qua tractat autor

quomodo ſunt fugienda mala conſortia dicens. Quicunqꝫ ſanctã in/corruptam ⁊ immaculatam cupit dicere vitam. viros his ſimiles inhabitandi gratia querat. Qui enim querit doctrinam ⁊ ſcientiam nõ ſtultum ſequatur aut ignorantem. ſed doctorem ſapientem qui reddat eũ meliorem. qui autem ſanctos viros ſequetur. ſanctus tandem efficitur Et ad contrarium. qui malos ſequitur. eis ſimilis mox efficitur pomi corrupti exemplo. quod nomen fructuum generale vocatur. nam ſi cõ/iunctum alteri valido pomo adhereſit ſtatim in eius conuertet corruptionis ſimilitudinem. Et iterum quemadmodum pix nigra cõficta eſt calore liquida quecunqꝫ attrectauerit. in eius nigredinis ſimilitudineꝫ conuertit. Sic ſuo more cunctos (quos ſibi inſanus adiũxerit) quo ad mores corrumpit. Facilius conualeſcunt viciorum ſeminaria proch/dolor ⁊ in nobis proch pudor q̃ꝫ virtutum. Tullius enim ad lucillum ait. ꝙ nullus boni ſine ſocio iocunda eſt poſſeſſio. Querend⁹ eſt igitur ſocius iocunditatis gratia. ſed prius eſt eligendus ⁊ virtute proban/dus. quia qui corruptis ſociatur. incorruptus permanere nõ poteſt. vt in capitulo. Quiſquis. xxiij. queſtione quarta. ⁊ ideo vitanda eſt ſocie/tas malorum. vt in capitulo. Non turbatur. xxiij. queſtione prima.

¶ Conſtrue (non habeas ſocios ſtultos. ſed plenos dogmate) id ẽ doctrina (habita cum ſanctis. vita ea que ſunt puerilia. elige doctorem q̃ reddit te meliorem. elige conſortem) id eſt ſocius (qui det tibi ſortẽ fortune) id eſt partem ſanctam. ille ſupple (qui vult bene agere. qꝫ) pro ac (cauere facta vilia debet fugere vere conſortia prauorum. Si ſequerꝭ ſanctos. efficieris ſic ſanctus. ſed peruerteris) id eſt peruerſus efficierꝭ (ſi comiteris) id eſt ſocias (ꝑuerſos) id eſt malos (pomũ corruptũ corrumpit cito nuptũ) id eſt coniunctũ (ſibi pix calefacta denigrat omnia cõtacta prauus ſocius maculat cũctos iunctos ſibi)

De ludis cauendis

Non ad taxillos ludas. nam ius vetat illos
Ludi vitẽtur. aut plurima damna ſequẽtur
Ludẽs diſpẽdit res: famam. tempora perdit
Fraudem cõmittit. mẽdacia ſcandala nutrit
Se male ditare cupit. ⁊ alios ſpoliare
Clamat. blaſphemat. iraſcitur ⁊ male damnat
Infert litigia. periuria. verbera. furta
Eccleſiam ſpernit: nocte huic qui ludere cernit
Languet. macreſcit. dolet amittendo caleſcit
Perdẽs inſanit. moleſtãdo corpus inanit
Quam letetur modicum ſi forte lucretur
Nõ hoc ditatur iniuſte ſi teneatur

¶ Nec eſt. lxiij. huius capituli pars: in qua tractat autor de ludis ca/

uendis dicens. ꝙ ludus taxilloꝝ eſt iure ꝓhibitus. vt in capitulo cleri ci de vita ⁊ honeſtate. cleri. extra. Et generaliter dicūt doctores ꝙ omnis ludus (cuiꝰ ſors ⁊ euentus cōmittitur fortune) prohibetur iure niſi ſit in modica re. aliqui tñ ſunt ludi permiſſi ad virtutis exercitationem de q̄bus phs quarto phiſicoꝝ. ⁊ Cicero libro officioꝝ. Ludi aūt prohibentur oēs ex quibꝫ damna ſequuntur. vt in aucten. Alearum ludus Capitulo de religioſis ⁊ ſumptibꝫ funerum. ⁊ in aucten. de ſanctiſſimis epis collatiōe. x. Quia in talibꝫ ludis res ⁊ tempꝰ ꝑduntur Fraus et mendacium ⁊ ſcādalum cōmittuntur. ſpoliatur etiā qui perdit bonis ſuis. ⁊ tunc clamat. blaphemet. iraſcitur. ⁊ maledicit. litigat. peierat. ferat. ⁊ furatur ſi pōt. Spernit eccleſiam. nocet his qui proſpiciunt. languet. macreſcit dolet ⁊ ſcandeſcit furore. moleſtꝰ eſt velut inſanꝰ. Corpus eius eſt inane viribus. licet modicū gaudiū recipiat ſi aliquādo lucratur. ⁊ q꞉ iniuſte acq̄rit nō pōt ex lucro illo ditari immo tenetur ad ſatiſfactionē nec pōt repetere qd amittit. qm̄ illud qd lucratum eſt ex turpi lucro vel iure ꝓhibito venit pauperibꝫ errogādum maxime ſi ex parte vtriuſꝫ vertitur turpitudo. vt eſt bona gloſa ⁊ doctores etiā tenent in capitulo. penl'. de vi. ⁊ honeſtate clericoꝝ. ¶ Conſtrue (non ludas ad taxillos. nā) pro q꞉. q꞉(ius vetat illos. ludi vitentur. aut (pro vel. vel (plurima dāna ſequentur. ludens diſpendit res. fama perit. ⁊ perdit tēpora. cōmittit fraudē. nutrit mendacia ⁊ ſcādala. cupit ditare male ſe. ⁊) pro ſ꞉ (cupit. ſpoliare ſe ludēs. clamat. blaſphemat. iraſcitur et male damnat). i. maledicit (infert. dat litigia. ꝑiuria. verbera. furta. ſpernit eccl'iam. nocet huic qui cernit ludere: lāguet amittendo. macreſcit. incipit fieri macer. dolet ⁊ caleſcit. perdens inſanit. i. efficitur velut ſtultus. ⁊ inanit) id eſt inanis moleſtādo corpus. q̄uis leret modicū ſi lucraret forte aliquid nō ditatur. non efficitur diues (hoc) id eſt ex hoc (ſi teneatur) id eſt poſſideatur (iuſte)

De fama

Uir bone ſemper ama. quod ſit tibi ſplendida fama
Nomen habere bonum fertur domini fore donum
Quis habens vitam non debet ſpernere famam
Sancta tibi vita prodeſt. aliis tua fama
Si propriam famam fieri vis ſemper honeſtam
Crimina deuita. nam famam dat bona vita
Nedum ꝑ crimen poſſis amittere nomen
Sed mala per ſigna fiet tua vita maligna

¶ Hec eſt. lxiiij. ps huius capituli. in qua tractat autor de fama dicēs ꝙ ſi diu voluimꝰ viuere bone et integre fame odorē ſaluare debemꝰ. quia grande dei donum eſt atq꞉ viri virtuoſi vehemens preſumptio: quare a nemine ſpernenda fama eſt. ſed potius optanda at vere conſeruanda venit. Cōſeruatur autem her per vitam ſine crimine agitatam et honeſtam conuerſationem. Tollit etiam per malam vitam aut per aliquam mali ſigni ſpeciem. beata autem vita eſt ſancta et ipſis ſanc⁊is

num ad ſagittam tributa multum perficit. Et ſimiliter a ſenſu contra-
rio vox eſt fama mala que cito ac velociter currit ad aures ſingulorum.
vt ait virgilius eneydum. Fama malũ quo non aliud velotius vllum.
Parua metu primo mox ſe attollit in aures. hec fama mala detur-
pat ⁊ alios ad ſe trahit in exemplum. quare hoc malum eſt valde pni-
cioſum. ideo dicit᷑ Prouerb. xxij. Melius eſt nomen bonum ꝙ diuitie
multe. Super argentum enim ⁊ aurum gratia bona. ¶ Conſtrue
(O bone vir ama ſemper ꝙ fama ſplendida ſit ſemper tibi habere no-
men bonuꝫ fertur) id eſt dicitur (fore). i. eſſe (donum dñi. Quiſquis). i.
quilibet (habens vitam non debet ſpernere famam. Sancta vita pro-
deſt tibi tua vita prodeſt alijs. deuita crimina ſi vis famam fieri ſem-
per honeſtam. nam) pro quia. quia (fama dat vitam bonam. vita ne)
p vt non (dum). i. aliqñ non (poſſis amittere nomen per crimen. ſꝫ tua
vita ſit maligna per mala ſigna)

De diſpoſitione domus.

Ne perdas ſubito domi diſponere cito
Ac tua diſpone. fac omnia cum ratione
Sic vt portare valeas ſumptus moderate
Qui nimis expendit alienum poſtea prendit
Ut bene ſufficias ſeruare ſtatum ſapienter
Sumptus non facias niſi iuxta poſſe libenter
Nec plures teneas famulos inconuenienter
Diuitias caueas ne veſteas inſipienter
Sed tibi prouideas de rebus ſufficienter
In cunctis habeas menſuram conuenienter
Diſcere videas que ſunt facienda frequenter
Et cito diſponas prout expedit ipſa decenter
Quotidie multa nobis naſcuntur agenda
Cum ſint iam nata velocius expedienda
Aut aliter plura remanebunt perficienda
Cum tibi ſit cura patrare negocia plura
In primo cura cuius mora plus nocitura

¶ Hec eſt ſexageſimaquarta pars huius capituli. in qua tractat au-
tor de diſpoſitione domus dicens. ꝙ prudens rerum ſingularum diſ-
penſator cum moderamine ac recta ratione priuſꝙ dominus eius pa-
tiatur diſpendinm eidem cito ⁊ ſtatim non per temporum interſtitia
diſponit in cunctis vtilibus ſuis conſiderando videlicet quos poſſit ſu
ſtinere ſumptus. ⁊ quas debeat res exponere. ⁊ quas habeat ſibi conſer
uare. ¶ Nam ſi indiſcrete ⁊ inutiliter expenderet que ſua ſunt. egenus
factus aliena aut raperet aut concupiſceret ¶ Igitur attente conſiderꝫ
vt ſibi ⁊ ſuis ſufficiat. ⁊ ne in uanum diuitias conſumat. ⁊ quot famu-

lantes ſibi retineat. vt modum ⁊ menſuram in omnibus conſeruet. in agendis vero que multa quotidie ⁊ varia naſcuntur nobis ſic ipſe verſetur vt ordinē conſtituat. que prius ſtꝫ atuero poſterius vtiliter geranda ſunt. ⁊ vt velociter expediat ea quorum diuturna mora damnuꝫ affert. Deinde ſuo loco ⁊ ordine queqꝫ ſingula diſponat. De regimine ⁊ domus diſpoſitione que ad yconomū videntᷣ ptinere tractat ample philoſophus in politicis. ⁊ Cicero de officijs. ¶ Conſtrue de ceteris. ſc (diſponere cito domū. ne) pro vt ⁊ non. vt non (perdas ſubito. ac) pro et (diſpone tua. fac ſic oīa cum ratiōe vt portare valeas ſumptus). i. impenſas (moderate. ille qui expendit nimis prendit). i. accipit (poſtea alienum. non facias ſumptus libenter. niſi iuxta poſſe. vt ſufficias ſapienter ſeruare ſtatum. nec) pro ⁊ non. ⁊ non (teneas plures famulos inconuenienter. ſed prouideas ſufficienter tibi de rebus. habeas conuenienter menſuram in cunctis videas diſcrete ea que ſunt facienda frequenter ⁊ diſponas cito ipſa prout) id eſt ſicut (expedit decenter. multa agenda nobis) id eſt a nobis (naſcuntur quotidie que ſunt expedienda velocius cum ſint iam nata. aut) pro vel. vel (plura remanebunt aliter perficienda. cuꝫ cura ſit tibi patrare) id eſt perficere (plura negocia cura). i. fac p̄mo id (cuius mora eſt plus nocitura.

Ultimum capitulum de morte ⁊ eius ſequela.

Et primo de preparatione ad mortem

Ordet mors cuncta. que naſcuntur ſine cuncta
Que prius vnita ſoluit feriendo ſagitta
Nemo vitare mortem valet aut ſuperare
Nam clauſis portis intrat loca ſingula fortis
Nocte die cuiqꝫ mors inſidiatur vbiqꝫ
Sepe necat ſubito multos gladio bis acuto
Quamuis incipias. bonus in medio quoqꝫ fias
Si bene non finis. malus hic fert ea mala finis
Cur bene credendo peragens bona. praua cauendo
Ne ſis damnatus. ſis ſemper obedire paratus
Uiuere coneris bene. nam bene ſi morieris
Vix bene viuentem vidi praue morientem
Non eſt mors ſubita. quam conſociat bona vita
Defunctos opera ſociant. non arua nec era
Sis animo fortis inſtante turbine mortis
Sis bene contritus. confeſſus menteqꝫ punctus
Corpore munitus chriſti. membriſqꝫ perunctis
Cunctis ignoſce. veniam tibi tribui poſce
Mundum poſtponas. nec amicos corde reponas.

Summa tua cura ſit q̄ mens ſit bene pura
Chriſtum rogare ſatagas et ſepe rogare
Ut tibi condonet tua crimina teq̄ȝ coronet
Subde voluntati domini te corde libenti
Eſt virtus facere gratum facienda neceſſe
Tunc bene nitaris. vt deuote moriaris
Tanq̄ȝ catholicus ⁊ chriſti verus amicus
In domino ſpera fidens in virgine mera
Orans deuote velit intercedere pro te
Mortem commemores chriſti. tunc iugiter ores
Te cruce ſignando. veramq̄ȝ fidem recitando
Cōmendans animam domino tunc (qui te fecit) ipſam
Sed ne ſis victus. caueas tunc demonis ictus
Nam tunc conatur plus demon ⁊ inſidiatur
Ut deſperare faciat. quem vult cruciare
Sed ſibi non credas. nec ab his que dico recedas
Nunq̄ȝ deſperes de diuina pietate
Nec propria ſperes ſaluus fieri probitate
Te potius firmes ſaluatoris bonitate
Qui bene contritos ſperantes in deitate
Seruat clementer miſeranti fertilitate
Quantumq̄ȝ malus fueris. poteris fieri ſaluus
Si bene contereris. in fine libenſq̄ȝ fateris
Si nequeas ore. tunc ſaltem corde fatere
Pectus tundendo ſignumq̄ȝ crucis faciendo
In cruce pendentem latronem mox morientem
Chriſtum ſaluauit. quia compatiendo rogauit
Ergo fede pura te chriſti nomine firma
Qui nunq̄ȝ ſpernit. quos contritos bene cernit

¶ Hoc eſt vltimū hui⁹ libri capl'm. in q̊ tractat autor de morte ⁊ ei⁹ ſeq̄la. ⁊ p° de diſpoſitōe ad mortē dicēs. q̄ oīa in q̇b⁊ eſt ſpūs vite tract⁹ a natiuitate tandē diſſoluto ſpū morte cadūt. mors ꝓo a nemīe nec euitari nec ſupari vllaten⁹ pōt. qm̄ nō min⁹ eſt ſubtil' q̄ȝ fortis. q̇ ſingl'a loca etiā clauſa penitrat. cūcta ſibi ſubijciēdo viuētia. Oī inſup inſidiat̄ viuenti ſiue de die fuerit ſiue nocte. ⁊ ſubito ſine p̄uijs indicijs velut traditor p̄l'es extinguit. igit̄ cū ei⁹ hora incerta ſit. ⁊ illi⁹ occaſu ꝑiculū imīneat ꝗuiſſimū cui nō eſt ſil'e. videlicȝ dānatōis et̄ne. ſic ī nob̄ fuerit prudētie cauere debem⁹. nec tanto diſcrimini cū incertitudine agendoꝝ ⁊ ſine ſpe meritoꝝ noſmetipſos exponamus qm̄ cui⁹ finis mal⁹ erit incē⁊

num mala crudeliſſima ſuſtinebit. quare fidem integram habeam⁹ operantem per dilectionē bonam ꝛ mala precauentem. in oibus deo ꝛ eccleſie obedientes per quorum doctrinā bene viuere ꝛ mori poterimus. nam rariſſime contingit bene viuentē male mori. ꝛ econtra raro contingit male viuentem bene mori. Nulla eſt timiditas bene viuenti ꝛ cū fortitudine mortem expectanti. Mors dicta ſubita. qm̄ omnis talis ſp eſt bene diſpoſita. vt ergo bene viuamus ꝛ inde bene moriamur mūduꝫ ꝛ eius amicos poſtponere debemus ſcꝫ amori ꝛ diuitie charitati ꝛ offenſas ſimul factas facile dimittere. Veniam deo poſtulare. contritionem confeſſionem ꝛ mentis dolorem habere. deinde corpus xp̄i humiliter petere. poſtremo vero extremam vnctionē imminente mortis periculo ſuſcipere. In hac eīm extrema inſtātis mortis neceſſitate (ad quā amplius nulli conceditur reditus) ſupreme curare ac ſollicite debemus. vt anima noſtra ſit munda ꝛ pura omni ſorde criminis purgata xp̄um ieſum dn̄m ac redemptorem noſtrum ſuper his valediſſime deprecantes atq; ſepiſſime ſatagentes. quatenus dignetur ipſe crimina dimittere. ꝛ tandem in gloria ſua ꝑpetua coronari. libero etiam corde debem⁹ voluntatem noſtram voluntati diuine ſubmittere. quod etiam neceſſarium ꝛ deo gratum eſt. Diſponamus igitur nos viuentes ad bene ſecureq; moriendum velut boni catholici ꝛ dei amici. Spes in deo ꝛ fides de ponendo atq; credendo virginem glorioſam pro nobis tunc apud filium intercedere. Poſt predicta autē ſi ſuperuiuit infirmus debet memoriam habere de morte xp̄i faciendo ſignum crucis et recitando articulos noſtre fidei commendando animam deo qui eum creauit. cauendo etiam ſummopere a demonis temptatione quam pre ceteris temporibus conatur afferre tunc temporis ꝛ maxie de infidelitate aut deſperatione. Nemo ergo preſumat in ea hora ſaluteꝫ ſibi dari propria virtute ſua. ſed de infinita miſericordia in qua firmiter permanendum eſt. quia deus nunq; in tali neceſſitate relinquit vere ꝯtritos ꝛ in eo ſperantes iuſte. ſed ſaluat quoſcunq; ꝛ quanticunq; peccatores fuerint dummodo libenter non coacti contriti ſint ꝛ ore confeſſi aut ex neceſſitate duntaxat corde dummodo ſigna chriſtianorum faciant percutiendo pectus videlicet ſignum crucis. Firma ergo ſit in nobis dei miſericordia infinita fides ꝛ etiam in tali extrema mortis neceſſitate non ſolet deſpicere vere contritos corde. vt in pſ̄. Cor contritum ꝛ humiliatum deus non deſpicies. Maximū tn̄ periculum eſt his qui peccare n̄ ceſſant vſq; ad mortē ꝙ penitentia ſeu contritio in eis ſit ex timore mortis cauſata. vel etiam timendum valde eſt ꝙ nullā habeant contritionē ꝓpter multas cauſas quas ponit dn̄s Gratianus. de pe. diſ. vij. in fi. et ibi vide plene de ſerotina penitentia ꝛ eius periculo. ¶ Cōſtrue (mors moderet' cuncta que naſcunt' ſine cuncta). i. mora (que mors ſoluit) id ē diſſoluit (prius feriendo ſagitta. nemo valet). i. poteſt (vitare mortem aut) pro vel. vel (ſuperare. nam) pro quia. quia (mors fortis intrat ſingula loca ꝛ portis clauſis mors inſidiatur vbiq; cui nocte ꝛ die. mors necat ſepe ſubito multos gladio acuto bis quamuis incipias. quoq;) pro ꝛ (q̄uis fias bonus in medio ſi non finis malus fert ad mala. cur)

id eſt quare.tu (peragens bona credendo bene ꝛ cauendo praua.ne) ꝓ vt ꝛ nō.vt non (ſis damnatus.ſis paratus obedire.ſemper coneris viuere bene.nam) pro quia.quia (morieris ſic bene.ego vidi vix) id ē raro (viuentem bene morientem praue.illa mors non eſt ſubita quam bona vita ſociat.opera ſociant defunctos.arua nec era non ſociant.ſis fortis animo turbine mortis inſtante.ſis bene contritus ꝛ confeſſus.ꝗ) pro ꝛ (ſis punctus).i.ꝯpunctus (bene mēte.Sis munitus corpe chriſti.ꝗ) pro et (perunctus mēbris.ignoſce) id eſt parce (cunctis.poſce) id eſt roga (veniā tribui tibi.poſtponas mundum.ne) ꝓ ꝛ non.ꝛ nō (reponas amicos corde tua ſumma cura ſit ꝙ mēs ſit bene pura.ſatagas rogare xp̄m ꝛ rogare ſepe.vt condonet tibi crimina tua.ꝗ) pro et (coronet te.ſubde te corde libenti voluntati domini facere gratum neceſſe) id eſt neceſſario (eſt virtus facienda.vitaris) id eſt vitaberis (bene te vt moriaris deuote tanꝗ) id eſt ſicut (catholicus ꝛ verus amicus chriſti.tu fidens in virgine mera) id eſt pura (ſpera in domino.orans deuote vt velit intercedere pro te:Commemores mortē chriſti.ores tunc iugiter) id eſt continue (ſignando te cruce.ꝗ) pro et (recitando veram fidē.cōmendas animam tuam domino qui fecit ipſam.ſed caueas tunc ictus demonis ne ſis victus.nam quia demon conatur plus ꝛ inſidiatur vt faciat deſperare eum quem vult cruciare.ſꝫ non credas ſibi nec recedas ab his que dico.nunꝗ) ꝓ non ꝛ vnꝗ.ꝛ nō (deſperes) vnꝗ (de pietate diuina.nec) pro et non.ꝛ nō (ſperes fieri ſaluus probitate) id eſt virtute (propria.firmes potius te bonitate ſaluatoris.qui ſaluat clementer contritos pene ſperantes in deitate fertilitate miſeranti poteris fieri ſaluus quantumcūꝗ fueris malus.ſi contereris) id eſt contritus fueris.(bene in fine) id eſt in morte (ꝗ) pro et (fateris) id eſt cōfiteris (libēs) id eſt volens (ſi nequeas fateri tunc ore.ſaltem fatere corde.tundendo.percutiendo pectus.ꝗ) pro et (faciendo ſignum crucis.chriſtus ſaluauit mox latronem morientem pendentē in cruce.quia regnauit compatiendo.firma ergo te nomine chriſti fide firma.qui nunꝗ) pro non ꝛ vnꝗ.ꝛ ſpᵉ deus nūꝗ (ſpernit quos cernit bene cōtritos)

De penis inferni

Poſt mortem pena ſequitur.vel gloria plena
Pena tamē purgās eſt vana.ſed altera damnās
Mortali vitio moriens mox traditur orcbo
Semper paſſurus penas.nunꝗ rediturus
Nam non ſunt digni reſidentes morte maligni
Vt ſint ſaluati.quia ſunt valde maculati
Quāuis ſpectati ſpreuerunt eſſe leuati
Cur ſunt damnati iuſte ſemper cruciati
Et velut ingrati nunꝗ ſunt inde leuati
Vermes cum tenebris ꝛ verbera frigus ꝛ ignis
Demonis aſpectus.ſcelerum confuſio.luctus.

Fetoꝛ.ſerpentes.languoꝛ ſine fine vrentes
Prauos toꝛquebunt.ſempꝙꝫ quiete carebunt
Eſurient.ſitient.defoꝛmes coꝛpoꝛe fient
In terre centro percuſſi turbine tetro
Non eſt oꝛandum pꝛo damnatis neꝙꝫ dandum
Nam ſuppoꝛtari nō poſſunt ſiue iuuari

¶ Hec eſt ſecunda huius capituli pars.in qua tractat autoꝛ de penis inferni dicēs.ꝙ poſt pꝛeſentis vite miſeriam ſperamus ꝑfectaꝫ dei glo riam.aut duarum penarum alteram.videlicꝫ purgatoꝛij aut inferni pe nam.penam inferni ꝑpetuam ſuſtinebunt quicunꝙꝫ in aliquo peccato moꝛtali ſine illius contritione ſcienter ab hac luce deceſſerint.quando immediate poſt moꝛtem pꝛeſentis vite deſcendent ad inferos vbi pe nas ſtatim inenumerandas perpetuo patientur.quas dignum eſt eos ineternum ſuſtinere.quia tales deceſſerunt ſoꝛde moꝛtalis criminis ma culati:⁊ nihil maculatum introibit in regnum celoꝛum ¶ Item quia ingrati deo extiterunt pꝛecepta eius relinquentes duꝫ viuerent atꝙꝫ cō ſilia ſpernentes.dyaboli voluntatem compleuerūt.⁊ pꝛopꝛij coꝛpoꝛis voluntatem ſecuti ſunt. Et quia voluiſſent ſemper viuere vt ſemꝑ pec care potuiſſent.tum quia deum infinitum obiectum eternum perpetuū offenderunt.vt pena coequetur offenſe ineternum cruciabuntur. iuxta illud.Quantum gloꝛificant ſe in delicijs tātum date illi toꝛmenta. ꝗa ſm menſuram delicti erit ⁊ plagarum modus Deutronomij.xxv. De cauſis auteꝫ perpetuitatis pene infernalis habetur in capitulo finali.de penitentia diſtinctione vltima in fine. vbi dt textus.Qui autem impe nitens finitur ſi ſemper viueret ſemper peccaret.ſemper plenus iniqui tate.ſemper ſine charitate toꝛquebitur ſine fine. Pene autem ſenſibiles pꝛeter alias intellectuales inferni hec ſunt.ſcꝫ vermes.tenebꝛe palpabi les.verbera demonum.frigus intollerabile.⁊ ignis inextinguibilis. vi ſio hoꝛribilis demonum.indignatio peccatoꝛum.fletus ⁊ ſtridoꝛ denti um. Mathei.xxv.Fetoꝛ impoꝛtabilis.languoꝛ duplex.ſ. anime ⁊ coꝛ poꝛis.fames.ſitis.defoꝛmitas coꝛpoꝛis. Locus vero inferni ſm opini onem doctoꝛum eſt in centro terre ſeu in medio terre in quo loco ſemper detinebuntur damnati perpetuo.quoniam nulla eſt deo pꝛo eis poꝛri genda oꝛatio.vt in capitulo. Cum marthe de celebꝛatione miſſarum.⁊ Job.x.In inferno nulla eſt redemptio.ſed ſempitern⁹ hoꝛroꝛ.quod in giter aut ſaltem crebꝛo a nobis venit conſiderandum.vt dicitur Eccle ſiaſtici ſeptimo.Memoꝛare nouiſſima tua ⁊ ineternum non peccabis.

¶ Conſtrue(pena vel gloꝛia plena ſequitur poſt moꝛtem.tamen pe na purgans eſt vana:ſed altera eſt damnans.moꝛiens in peccato moꝛ tali traditur mox)id eſt ſtatim(oꝛcho)id eſt inferno(paſſurus ſemꝑ pe nas.nunꝙꝫ)pꝛo non ⁊ vnꝙꝫ.⁊ non rediturus vnꝙꝫ (nam)pꝛo quia. ꝗa (recedentes moꝛte maligni)id eſt pctōꝛes.ſpᶜ(non ſunt digni ꝙ ſint ſal uati.quia ſunt valde maculati.ꝙꝫuis ſpectati)id eſt expectati(a domi no ſpꝛeuerunt eſſe leuari)id eſt releuati(a domino.cur)id eſt quare(ſtꝫ

damnati ⁊ cruciati ſemper iuſte. ⁊ nunꝙ̄ ſunt leuati inde velut)id eſt ſi cut(ingrati. vermes cum tenebris ⁊ verbera frigus ⁊ ignis. aſpectus demonis ⁊ confuſio ſcelerum. luctus ſiue fletus. fetor. ſerpentes. lāguor perpetuus torquebunt ſine fine prauos. qꝫ)pro et (carebunt ſemꝑ quiete)ſcꝫ damnati(eſurient. ſitient. fient deformes corpore. percuſſi erūt turbine tetro)id eſt obſcuro(non eſt orandum pro damnatis. neqꝫ)pro et non. ⁊ non eſt(dandum aliquid pro eis. nam)pro quia. quia (nō poſ ſunt ſupportari. ſiue)pro vel. vel(iuuari)

De penis purgatorij

Qui ſine mortali moritur. tamē in veniali
Vel nōdum plena facta de crimine pena
Carcere ſeruatur. in quo grauiter cruciatur
Donec purgatus ſcādit ſuper aſtra beatus
Hos ſupportare nos poſſumus atqꝫ iuuare
Vt cito purgētur. ac inde cito releuentur
Proſunt defunctis purganti carcere cunctis
Miſſe: preces. dona. proſunt ieiunia prona.
Ac per eos facta propere legata ſoluta

¶ Hec eſt tercia hui⁹ capituli pars. in q̄ tractat autor de penis purgatorij dicēs. qꝛ ſunt duo genera pctōꝝ. que purganꝰ pena purgatorij. ſcꝫ veniale pctm̄. ⁊ mortale cōfeſſum vꝉ ꝯtritum. de q̄ nō eſt plene ſatiſfactum ꝑ pn̄iam vꝉ alio modo ꝑ indulgentiā. Pena aūt hui⁹ purgatorij eſt grauiſſima. vt dꝛ btūs Aug⁹. qꝛ excellit penā omniū martyrum qui ꝑ xp̄o paſſi ſunt. miro em̄ mō cruciat. ⁊ iſtos in purgatorio exiſtētes multis modis iuuare poſſumus. vt dꝛ in canone. Anime defunctorūꝫ xxx. q. ij. Modi aūt ſtꝫ quatuor pncipales. ſcꝫ oblatio ſacerdotū. pces ſanctoꝝ. elemoſyne charoꝝ. ⁊ ieiunia cognatoꝝ. Silꝛ dicit ſecūdo Machabeoꝝ. xij. Sancta ⁊ ſalubris eſt cogitatō pro defunctis exorare vt a peccatis ſoluanꝰ. De purgatorio autem vtꝝ ſit ⁊ qualis eius pena fuerit. nec nō que ſunt peccata ibidē reſeruata purganda. vide in canone. Qualis. xxv. di. ⁊ in capitulo. Qui in aliud. De hoc etiā habetur ꝑ beatum Thomam in. iiij. di. xx. articulo primo. Dominus aūt brixienſis in primo verbo purgatoriū dicit. qꝛ pena purgatorij infligitur ꝑ demones. licet aliqui theologi dicāt cōtrariū ꝓbantes ſic. Anima exn̄s in tali pena deceſſit in gratia. ⁊ eſt in charitate. quare aduerſum eſſꝫ ipſaꝫ affligi per demones qui ſunt extra charitateꝫ: Pro quo vide ſanctū Thomam in ſumma contra gentiles in libro quarto q̄ſtione. cxiiij. ¶ Cōſtrue. ille(qui moriꝰ ſine mortali. tn̄ in veniali. vel nondum)pro non et adhuc(pena)id eſt penitentia(nō facta adhuc de crimine ſeruatur carcere: in quo cruciatur grauiter. donec ipſe purgatus ſcādit beatus ſuper aſtra. Nos)ſcꝫ viuentes (ſupportare poſſumus hos. atqꝫ)pro et (iuuare vt purgentur. ac)pro et (releuentur cito inde)id eſt a loco purgatorij (miſſe. preces. ⁊ dona proſunt defunctis pūctis)i. purgatis (car

cere purgant.ieiunia.ac) p ꝛ (legata facta p eos soluta ꝑere).l.cito

De gaudijs paradyſi

Qui mundus moritur penitus mox pace potitur
Gaudens in domino cum ſanctis in paradyſo
Non decet orare pro ſanctis.immo rogare
Debemus nos orantes ipſos celebrare

¶ Hec eſt quarta hui⁹ capl'i ps.in q̃ tractat autor de gaudijs para-dyſi dicẽs ꝑ quicũqꝫ ab omĩ macula peccati purgatus moritur ſtatim ad celũ euolat.vbi beata fruitõne dei eterna in pace ꝑpetue letatur que in viſione beatifica eſſentialiter cõſiſtit.deus eñ ipſe in trinitate pſonaꝝ. et vnitate ſubſtantie eſt obiectum eſſentiale beatitudinis eterne. quare eadem eſt felicitas glorie eſſentialiter in omnibus beatis.que tamen di-ſtinguitur ſm gradus meritorum.Pro his autem ſanctis nõ eſt oran-dum.nam iniuriam facit martyri qui orat pro martyre.vt in capitulo Cum marthe de celc.miſ.Rogare autem eos debemus ꝛ ſolemnitates eorum celebres habere.vt pro nobis apud deuꝫ intercedãt.vt habetur in textu ꝛ gloſa de reliquijs ꝛ veneratione ſanctoꝝ in antiquis.ꝛ in ſex-to p totum.Sancti igitur orationibus noſtris non egent pro eo ꝙ ſunt perfecte beati.Nos vero orationibus eorum indigemus.quos cum mĩ-ſeri ſimus vndiqꝫ mala noſtra ꝑturbant.licet aliqui doctores dicant ꝙ beatitudo ſanctorum poteſt augeri vſqꝫ ad diem iudicij.Quare cũ ec-cleſia pro eis orat augetur eorum beatitudo.videt tamẽ cõtrariũ in ca-pitulo Cum marthe in fine.vbi dicit textus ꝙ ſuffragia que fiũt a fide libus in eccleſia pro valde bonis.id eſt pro ſanctis actiones gratiarum ſunt ¶ Conſtrue(ille qui moritur mũdus potitur)id eſt fruit(mox penitus pace gaudẽs in domino cum ſanctis in paradyſo.non decꝫ ora re pro ſanctis.immo rogare debemus.necnon)id eſt etiam(debem⁹ ora re ſanctos ꝛ celebrare ipſos)

De numero celorum

Deni ſunt celi reſerãdi corde fideli
Luna ſtat in primo.ſtat mercuriuſqꝫ ſecundo
Ac venus in terno.vult ſol luceſcere quarto
Mars nitet in quinto.ſed iupiter ordine ſexto
Saturnus celo ſepteno ſiſtitur alto
Octauo celo tibi ſtellas eſſe reuelo
Stat criſtallinum ſuper iſtos luce ſerenum
Fulget in empireo ſummo paradyſus olympo
In quo ſunt iuncta ſine defectu bona cuncta
Hic deitas trina regnat ſuper om̃ia digna
Aſtat regina ſibi mater virgo benigna
Inde hierarchia triplici ſunt agmina nona

Dat cherubin ſeraphinqꝫ choros diſtinctio ſumma
In medio dominās princeps ſimul atqꝫ poteſtas
Virtutes ſiſtunt. archangelus: angelus atqꝫ
His homines grati domino ſunt aſſociati
Iuxta promerita preſente data ſibi vita
Letum laudantes dominum ſemꝑ ſpeculantes
Cernit amatqꝫ deum ſanctus fruitur tenet ipſum
Sic gaudet pſallit laudat. ſine fine quieſcit
Diues honoratus tutus liber ſatiatus
Clarus agilis ſubtilis nō paſſibilis fit
O q̄ ditati ſunt celi ſede beati.
Semper honorati. ſumme ſunt glorificati
Ergo mundanis rebus ſpretis quoqꝫ vanis
Celica poſcamus. ⁊ ſurſum cor teneamus
Vt deus a penis protectos atqꝫ cathenis
Poſt mundi curſum faciat nos ſcādere ſurſum
Ac velut optamus. ibi ſemper eum videamus
Qui dat cuncta. det nobis hec pia dona

¶ Hec eſt quinta ⁊ finalis huius capituli pars ac etiam totius p̄ſentis operis. in qua tractat autor de numero celorum dicens. q̄ decē ſunt celi ſꝫm theologos. qui merito declarādi ſunt fidelibus chriſtianis. qm̄ beatitudo (quam finaliter expectamus) in vltimo celo quo ad ſitum dr̄ reſidere. numerus aūt celorum ſꝫm mētem philoſophorum accipitur ex numero planetarum. Luna vero eſt in primo celo. mercurius in ſecūdo venus in tercio. ſol in quarto. mars in quinto. iupiter in ſexto. ſaturnus in ſeptimo: ⁊ alie ſtelle in octauo. Supra om̄es iſtos ſunt adhuc duo. ſcꝫ celū criſtallinum ſic a luce criſtallina appellatum. ⁊ vltimo loco eſt celuꝫ empireuꝫ. in quo paradyſus eſt ⁊ om̄ia deſiderabilia. vt ſcꝫ beata ⁊ glorioſa trinitas. que om̄ia regit ⁊ diſponit. deinde beata virgo maria. tercio loco nouem ordines angelorum ſub triplici hierarchia. hec em̄ ſtꝫ. videlicet. cherubin: ſeraphin: ⁊ throni. dominatōes. principatus. ⁊ poteſtates. virtutes. archāgeli ⁊ angeli. Poſtea vero ſtꝫ anime humane ordinate ſꝫm ordinē ⁊ gradū ſuoꝝ meritorum. Iſte autem venerandꝰ chorus continuo laudat deum. ⁊ contemplatur eum. quem videndo amat amando fruitur eo. ⁊ fruendo tenet. ⁊ ſic gaudet in deo. pſallit laudat ⁊ quieſcit diues bonis om̄ibus exuberans. honoratus virtute. tutus ab omni formidine. liber ab omni ſeruitutte. ſatiatus omni dulcedine. clarꝰ omni lumine. agilis omni leuitate. ſubtilis omni penetratione. impaſſibilis ab omni infirmitate. Quātum ergo attendamus diues eſt qui in ſuperna beatitudine felix ē. Summo em̄ fruitur honore ⁊ gloria. igitur propter huiuſmodi celeſtia ſpernenda ſunt terrena ⁊ vana ⁊ caduca cor

da noſtra fungentes rebus eternis. vt cathenis ⁊ penis eternis ereptū poſt preſentis vite curſum aſcendere poſſimus ſurſum. ⁊ ibi deum videre velut felices perpetuo illic ſtare. Quod nobis preſtare dignetur ille a quo cuncta procedunt. Qui viuit ⁊ regnat per ſeculorum ſecula amen.
¶ Nota ꝙ celum ſm philoſophum ſecundo celi ⁊ mūdi eſt corpus primum natura ſimpliciſſimum. incorruptibile. ſolidum. ſubtiliſſimū. quātitate maximum. qualitate lucidum. dyaphaneitate perſpicuum. materia puriſſimum. figura ſpericum. locum ſupremum creaturaruꝫ in ſe cōtentiuum. Et diuiditur in decem celos vt viſum eſt ¶ Coſtrue (Celi ſunt deni) id eſt decem (referendi) id eſt declarandi (corde fideli. luna ſtat primo celo. ꝗꝫ) pro ⁊ (mercurius in ſecundo. ac) pro et (venus ſtat in terno) id eſt in tercio celo (ſol vult luceſcere) id eſt lucere (quarto) celo (mars) ille planeta (nitet) id eſt ſplendet (in quinto. ſed iupiter nitet ſexto ordine. ſaturnus ſituatur) id eſt ponitur (in ſeptimo) celo (alto. reuelo tibi ſtellas eſſe in octauo. ꝗꝫ) pro et (criſtallinū celum ſerenum) id ē clarum (luce ſtat ſuper iſtos. Paradyſus fulget in olympo) id eſt celo. (empireo ſic dicto. ſummo) id eſt altiſſimo (in quo) empireo (cūcta bona ſunt inſerta ſine defectu. deitas trina) id eſt triplex in perſonis videlicet (regnat hic). i. in illo celo (digna ſup omia mater regina virgo benigna aſtat) id eſt preſens eſt (ſibi Agmina nona) id eſt noue ſunt (inde) id eſt poſtea (triplici hierarchia. choros) videlicet (diſtinctio ſumma) id eſt ſuprema (dat cherubin ſeraphin. ꝗꝫ) pro et (thronos). ſ. illos (dominans ſeu ordo dominationum. princeps) id eſt ordo principatuum. (atꝗꝫ) pro ⁊ (poteſtas ſimul) ſunt ſpᵉ (in medio) id eſt in media hierarchia (virtutes archangeli. atꝗꝫ) pro et (angeli ſiſtunt) id eſt ſtant poſt priores hierarchias ⁊ ordines (homines grati deo ſunt aſſociati his) ordinibus (iuxta). i. ſm (promerita data ſibi in preſenti vita) homies inꝗꝫ (laudantes cetum) id eſt ſocietatem (reſpicientes ſemp dominum diues honoratus tutus liber ſaciatur. clarus. agilis. ſubtilis. nō fit paſſibilis) talis ſaluatus ſpᵉ (cernit. atꝗꝫ) pro et (amat deum. ⁊ fruitur ſanctis. ⁊ tenet ipſum deum. gaudet ſic. pſallit) id eſt cantat. ⁊ (laudat) deum. ⁊ (quieſcit ſine fine. O ꝗꝫ) id eſt quantum (ſunt ditati beati in ſede celi. Sunt honorati ſemper. ſunt glorificati ſumme. Ergo poſcamus celica) id eſt celeſtia (⁊ teneamus cor ſurſum. rebus mundanis. ꝗꝫ) pro et (vanis ſpretis. vt deus faciat nos ſcandere ſurſuꝫ protectos a penis atꝗꝫ) pro et (cathenis poſt curſum mundi. ac) pro et (videamus ſemp ibi eum. velut) id eſt ſicut nos (optamus) ille (Qui) ſcilicꝫ deus (dat cuncta bona det nobis hec dona pia) Amen.

Explicit liber floretus
Sancti Bernardi

51 leaves

1,10

NOV 29 1910

HEINRICH QUENTELL

BERNARDUS. (JOHANNES DE GARLANDIA?) Floretus. 1490(?)

Hain 2912; Voullième 232; Pollard, part I, p. 276.

Printed in gothic type, of two sizes. It has 52 leaves, the last one blank. The size of a leaf is 202 × 138 mm.; the text measures 146 × 90 mm. The headline "Liber Floretus Sancti Bernardi" is in large type.

The "Floretus" or "Liber Floreti" is a poem of 1150 lines, compiled from the most beautiful passages of many authors. It consists of six chapters, the first of which is about dogma, the second about precepts of conduct, the third about the mortal and venial sins, the fourth about the seven sacraments, the fifth about the Christian virtues, and the last about death, hell, purgatory and paradise. The text of the poem is broken up by lengthy commentaries, written probably by Jean Gerson.

The poem has been for a long time attributed to St. Bernard of Clairvaux. His name is mentioned in all printed editions. It is more likely, however, that Johannes de Garlandia, a poet and grammarian of the thirteenth century, was the real author. Garlandia was born in England, but he lived most of his life in France, teaching first at Toulouse and later in Paris. His school-books on grammar, versification, music were widely used also in Germany. He also wrote a satire "Morale scolarium," a historical narrative "De triumphis ecclesiae," and a symbolical poem "De mysteriis ecclesiae."

Bought in October, 1863.